Quo tangit Thetin poeta. Thetis Achillis *mater*. Achilles mortuus non loquitur. Memnon autem post mortem, *maternis* radiis exhilaratus, vivit et vocem edit. Hæc mens epigrammatis est. de quo Strabo, Pausanias, Philostratus, Plinius, Tacitus, alii bene multi. Eleganter Callistratus de statua Memnonis. Νιῶ μὲν γὰρ ἀνίσχουσαν τὴν ἡμέραν προσεφθέγγετο, ἐπισημαίνων τῇ φωνῇ τὴν χαρὰν, ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΑΙΣ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΠΑΡΟΤΣΙΑΙΣ ΦΑΙΔΡΥΝΟΜΕΝΟΣ. Quod sequitur in nostro epigrammate, vulgo scabrum et invenustum circumfertur. Nos expolitum damus:

——— ΕΝΘ' ἀπολάμπει
Καλλίπυλον θήβην Νεῖλος ἐλαυνόμενος.

Quod omnino verum. Epigramm. in Jovem Οὔεμον apud Chishul. Antiq. Asiat. p. 59.

Digitized by Google

——— ΕΝΘΑ Ποσειδῶν
Καμπύλον εἰλίσσει κῦμα βαθὺ ψαμάθοις.

Σώφρων. Συρακόσιος. ——— ἔγραψε μίμους ἀνδρείους & μίμους γυναικείους.] De Sophronis *mimis*, tum ἀνδρείοις, tum γυναικείοις, viri docti abunde. Erant autem finguli ſuis titulis diſtincti. Quod et recte poſt Meurſium adnotavit Kuſterus. Atque hinc intelligendus Etymologus mag. v. Σκιρωθῆναι. Φαμὲν ὅτι τὸ ῥῆτον τῶν σφόδρα ἐμμένοντος & δυσεκπλύτου. ΣΩΦΡΩΝ ἐν τοῖς γυναικείοις Τροπαίοις. Πρὶν αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὸν μυελὸν σκιρωθῆναι. Nempe pars aliqua γυναικείων μίμων pro titulo Τροπαῖα præferebat. Hinc Sophro ΕΝ ΤΟΙΣ ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΙΣ ΤΡΟΠΑΙΟΙΣ. Quod virum eruditiſſimum ad Pollucem fefellit. Cæterum mimographum iſtum laudat Demetrius Phalereus in pulcherrimo libello περὶ Ἑρμηνείας § 157. loco quidem depravato, ſed qui facile inſtauretur tamen. Ἐν ᾧ τοῖς παράγμασι λαμβάνονται χάριτες ἐκ παροιμίας. φύσει γὰρ χαρίεν παῖγμά ἐστι ἡ παροιμία. ὡς ὁ ΣΩΦΡΩΝ μὲν, ἐπίης, ἔφη, ὁ τὸν παλαιὸν πινίσων. Quæ ad hunc locum ſcripſerunt viri longe doctiſſimi non ſunt unius aſſis. Vera tamen lectio ante pedes eſt. Repono certiſſime: ὡς ὁ Σώφρων, ΝΗΠΙΟΣ, ἔφη, ΟΣ τὸν παλαιὸν πινίσων. Quo reſpexit noſter mimographus ad notum Staſini verſiculum, cujus, præter Polybium et Clementem Alexandrinum, meminit non ſemel Philoſophus in Rhetoricis.

Νήπιος, ὃς παλαιὸν κλείνων, παῖδας καταλείπει.

Huc

Huc referendus est Herodotus I. 155. Ὁμοίως γάρ μοι νυῦ γε φαίνομαι πεποιηκέναι, ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας, τῶν παίδων αὐτὸς φείσαιτο.

Σπάδων. εὐνοῦχος. —— Καὶ τὸ πληθυντικὸν, Σπάδωνες. Ἐπὶ Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου, τοῦ ὑπερόπτου Θεοδοσίου τοῦ Βασιλέως, τὸ τῶν εὐνούχων γένος ἀφ' ἡδονὴν τὴν ἐκείνου βαρύτητα καὶ δυναστείαν ἐς τοσοῦτον ἐπέδωκε καὶ παρελάθη πλῆθος, ὥστε τινες ἤδη καὶ τῶν τὰς γενεαλογίας ἐχόντων, εὐνοῦχοι βεβληθέντες καὶ Εὐτρόπιοι γενέσθαι προσελπίζοντες, τῆς ψυχῆς ἀφηρέθησαν σὺν τοῖς ὄρχεσι, τὸν Εὐτρόπιον ἀπολέσαντες.] "Hæc leguntur etiam "supra, v. Εὐτρόπιος. Tres autem postre-"mæ voces, ut supervacaneæ et sensum tur-"bantes, delendæ sunt." *Kuster.* Locus pulcherrimus, sed quem nemo interpretum intellexit. Kusteri autem emendatio truculenta et nefaria est. Nos elegantissime emendavimus: ΤΑΣ ΨΥΧΑΣ ἀφηρέθησαν σὺν τοῖς ὄρχεσι, ΤΟΥΤΟ τοῦ Εὐτροπίου ΑΠΟΛΑΥΣΑΝΤΕΣ. *Vitam cum testibus amiserunt, hunc fructum scilicet pietatis suæ erga Eutropium consecuti.* Quod verissimum et suavissimum est. Lucian. Dial. Mort. xiii. Πλὴν ἀλλὰ ΤΟΥΤΟ γε ΑΠΟΛΕΛΑΥΚΑ αὐτοῦ τῆς σοφίας. Plato in Critone: Θρέψεις τε καὶ παιδεύσεις ξένως ποιήσας, ἵνα καὶ ΤΟΥΤΟ ΣΟΥ ΑΠΟΛΑΥΣΩΣΙ. Cæterum dicitur Σπάδωνες et Σπάδονες. Hinc Σπαδονίζειν et Σπαδόνισμα. de quo nos infra. Verbum Σπαδονίζειν usurpat Dionysius Halicarn. de struct. Orat. Sect. 14. Χείρω δὲ τὰ βραχέα, ἢ τὰ βραχέ-

——— ΕΝΘΑ Ποσειδῶνι
Καμπύλον εἰλίσσει κῦμα ποδὶ ψαμάθους.

Σώφρων. Συρακόσιος. ——— ἔγραψε μίμους ἀνδρείους & μίμους γυναικείους.] De Sophronis *mimis*, tum ἀνδρείοις, tum γυναικείοις, viri docti abunde. Erant autem singuli suis titulis distincti. Quod et recte post Meursium adnotavit Kusterus. Atque hinc intelligendus Etymologus mag. v. Σκιρωθῆναι. Φαμλῶ ἀπὸ τῆς ῥίπης τῆς σφόδρα ἐμμένοντος & δυσεκπλύτου. ΣΩΦΡΩΝ ἐν τοῖς γυναικείοις Τροπαίοις. Πρὶν αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὸν μυελὸν σκιρωθῆναι. Nempe pars aliqua γυναικείων μίμων pro titulo Τροπαῖα præferebat. Hinc Sophro ΕΝ ΤΟΙΣ ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΙΣ ΤΡΟΠΑΙΟΙΣ. Quod virum eruditissimum ad Pollucem fefellit. Cæterum mimographum istum laudat Demetrius Phalereus in pulcherrimo libello περὶ Ἑρμηνείας § 157. loco quidem depravato, sed qui facile instauretur tamen. Ἐν οἷς τοῖς παράγμασι λαμβάνονται χάριτες ὅτι παροιμίας. Φύσει δὲ χαρίεν πρᾶγμά ἐστι ἡ παροιμία. ὡς ὁ ΣΩΦΡΩΝ φησὶ, ἐπίης, ἔφη, ὁ τὸν πατέρα πονίσων. Quæ ad hunc locum scripserunt viri longe doctissimi non sunt unius assis. Vera tamen lectio ante pedes est. Repono certissime: ὡς ὁ Σώφρων, ΝΗΠΙΟΣ, ἔφη, ΟΣ τὸν πατέρα πονίσων. Quo respexit noster mimographus ad notum Stasini versiculum, cujus, præter Polybium et Clementem Alexandrinum, meminit non semel Philosophus in Rhetoricis.

Νήπιος, ὃς πατέρα κλαίνων, παῖδας καταλείπει.

Huc

Huc referendus est Herodotus I. 155. Ὁμοίως γάρ μοι νῦν γε φαίνομαι πεποιηκέναι, ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας, τῶν παίδων αὐτὸς φείσαιτο.

Σπάδων. εὐνοῦχος. —— Καὶ τὸ πληθυντικὸν, Σπάδωνες. Ἐπὶ Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου, τοῦ ἐπιτρόπου Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, τὸ τῶν εὐνούχων γένος διὰ τὴν ἐκείνου βαρύτητα καὶ δυναστείαν εἰς τοσοῦτον ἐπέδωκε καὶ πολλάθη πλῆθος, ὥστε τινες ἤδη καὶ τῶν τὰς γενεάδας ἐχόντων, εὐνοῦχοι βουληθέντες καὶ Εὐτρόπιοι γενέσθαι προσελπίζοντες, τῆς ψυχῆς ἀφηρέθησαν σὺν τοῖς ὄρχεσι, τὸν Εὐτρόπιον ἀπολέσαντες.] "Hæc leguntur etiam "supra, v. Εὐτρόπιος. Tres autem postre- "mæ voces, ut supervacaneæ et sensum tur- "bantes, delendæ sunt." *Kuster.* Locus pulcherrimus, sed quem nemo interpretum intellexit. Kusteri autem emendatio truculenta et nefaria est. Nos elegantissime emendavimus: ΤΑΣ ΨΥΧΑΣ ἀφηρέθησαν σὺν τοῖς ὄρχεσι, ΤΟΥΤΟ τοῦ Εὐτροπίου ΑΠΟΛΑΥΣΑΝΤΕΣ. *Vitam cum testibus amiserunt, hunc fructum scilicet pietatis suæ erga Eutropium consecuti.* Quod verissimum et suavissimum est. Lucian. Dial. Mort. xiii. Πλὴν ἀλλὰ ΤΟΥΤΟ γε ΑΠΟΛΕΛΑΥΚΑ αὐτὸς τῆς σοφίας. Plato in Critone: Θρέψεις τε καὶ παιδεύσεις ξένους ποιήσας, ἵνα καὶ ΤΟΥΤΟ ΣΟΥ ΑΠΟΛΑΥΣΩΣΙ. Cæterum dicitur Σπάδωνες et Σπάδονες. Hinc Σπαδονίζειν et Σπαδόνισμα. de quo nos infra. Verbum Σπαδονίζειν usurpat Dionysius Halicarn. de struct. Orat. Sect. 14. Χείρω δὴ τὰ βραχία, ἢ τὰ βραχέ-

ως λεγόμενα, ὅτι μικρόφωνά τέ ἐστι, καὶ ΣΠΑΔΟΝΙΖΕΙ τὸν ἦχον.

Σπαδών —— καὶ Σπαδονίσματα.

Ἰσία δ' αἰωρηθὰ χαλᾷ σπαδονίσματα μαστῶν.]

Hexameter iste est pars epigrammatis, quod integrum legitur in Miscell. Lipsi. Vol. ix. p. 466. Est autem carmen prætextatum. Nimirum res eunuchi, sive σπάδων, flaccidæ atque pendulæ sunt. Hinc eleganter poeta de *mammis pendentibus* σπαδονίσματα μαστῶν. Hesych. Σπαθίσματα, τὰ σπαδονίσματα. *Mammas pannosas* vocat Martialis. Vide nos supra ad v. Κέλης, ubi hoc epigramma nonnihil emendavimus. De muliere autem hic agitur, cujus instrumenta, tanquam veteris navigii, ætate atque usu erant detrita. Atque hinc obiter emendandus Philodemus in epigrammate Anthol. lib. vii. p. 607. cujus mentem nemo interpretum perspexit. Carmen integrum, quod haud invenustum est, hic subjiciam. Est autem puellæ ad Philodemum.

Δακρύεις, ἐλεεινὰ λαλεῖς, φιέρξα θεωρεῖς,
Ζηλότυπεῖς, ἄπλῃ πολλάκι, πυκνὰ φιλεῖς,
Ταῦτα μοὶ ἐστιν ἐρωμένῳ· ὅταν δ' εἴπω, φιλόκεμαι,
Καὶ σὺ μένεις ΑΠΛΟΥΣ, οὐδὲν ἐρωμένῳ ἔχεις.

Vulgo inepte legitur, ἁπλῶς. Nos verissime emendavimus. Dicitur autem ἄπλης de homine inidoneo, et qui in amore minus respon-

debat

debat ſcilicet. Metaphora a navigio ducta. Meleager in Epigramm. Anthol. lib. vii. p. 611.

Ἡ φιλέρως χαροπῶς Ἀσκληπιὰς οἵα γαλήνης
Ὄμμασι συμπείθει πάντας ΕΡΩΤΟΠΛΟΕΙΝ.

Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo minus eleganter, γαληνῶς.

Σπασάμενος ἀκράτου. οἶνος ἐκπιών] Scriptor neſcio quis, apud noſtrum v. Ἀναβολάς. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ἀναβολέα προσκαλεσάμενος, καὶ ταχέως ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, ἤτησε πιεῖν, καὶ ΑΚΡΑΤΟΥ ΣΠΑΣΑΜΕΝΟΣ πλεονάκις, ἐνέφαινε ὡς τὰ μπροσθεν προάξων. Ad hunc locum proculdubio reſpexit Suidas.

Σπερμολόγος. εὐρυλόγος. ἀκριβέμυθος.] Notanda vox εὐρυλόγος. quæ bonæ notæ eſt et lexicographis commendanda. Legebam aliquando, εὐρεσίλογος. Sed nihil mutandum. Eſt autem εὐρυλόγος, *qui ſermones longe lateque ſerit*, idque ſusque deque, et nullo judicio. Quod hominis ἀκριβομύθου eſt. Verbum agnoſcit Photius. Vox autem Σπερμολόγος, quæ criticos torſit, tum de *homine nullius pretii*, tum de *blatérone*, qui *verba*, tanquam *ſémina*, jactitat, uſurpatur, Eſt enim verbum τῶν ἀνθρεφόνων, quod aiunt. Quo fit, ut nunc de *hoc*, nunc de *illo*, dicatur. Heſychius: Σπερμολόγος, ΦΛΥΑΡΟΣ. καὶ ὁ τὰ σπέρμα-

Digitized by Google

τῶ συλλέξων. Huc referendus Sophocles Elect. ver. 642.

> Μὴ σωὶ φθόνῳ τε κ̓ πολυγλώσσῳ βοῇ
> ΣΠΕΙΡΗι μαλαίαν βάξιν ἐς πᾶσαν πόλιν.

Ubi Schol. βάξιν. ΛΟΓΟΝ. Quo sensu intelligendus Lucas in Actis Apost. xvii. 18. Locum integrum adscribam, ut integrior legatur. Nam Græca, si quid video, neutiquam sana sunt. Τινὲς δ̓ τῶν Ἐπικυρείων κ̓ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ· καί τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ ΣΠΕΡΜΟΛΟΓΟΣ οὗτος λέγειν; οἱ δὲ Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι· ὅτι τὴν Ιησοῦν κ̓ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο. Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον, λέγοντες· ΔΥΝΑΜΕΘΑ ΓΝΩΝΑΙ τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή; Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. ΒΟΥΛΟΜΕΘΑ ΟΥΝ ΓΝΩΝΑΙ τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι. Hæc Stoici scilicet et Epicurei, homines philosophi et nugivenduli. Sed oratio, ni fallor, ταυτολόγον quodammodo est, et minus accurata. Δυνάμεθα γνῶναι —— Βελόμεθα οὖν γνῶναι. Quare in eo sum, ut voculam negativam excidisse, et Lucam scripsisse putem: ΟΥ ΔΥΝΑΜΕΘΑ γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή. NON POSSUMUS *intelligere quæ dicis. Sunt* ENIM *nova et ξενίζοντα. Quare obsecramus, ut ea nobis explices, et quid sibi velint ostendas.* Hæc mens Lucæ est. Quod ex sensu loci, et indole verborum satis manifestum est. Nimirum Paulum ad

Areo-

Digitized by Google

Areopagum detulerunt, hoc nomine, quod δαιμόνια ξένα, et de quibus nihil exploratum haberent, docuerit. Hæc actio ſcilicet, et cardo cauſæ fuit. Ita locutus eſt Lucas infra xxi. 34. ΜΗ ΔΥΝΑΜΕΝΟΣ ΔΕ ΓΝΩΝΑΙ τὸ ἀσφαλὲς ἀφ' τὸν θόρυβον, ἐκέλευσεν ἄλεσθ' αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολήν. Polybius lib. viii. p. 729. Ὥστε τὸν κυριεύσαντα τῆς ἀπιστολῆς ΜΗ ΔΥΝΑΣΘΑΙ ΓΝΩΝΑΙ μηδὲν τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων. Theognis:

Ἀσῶν δ' ΟΥ ΔΥΝΑΜΑΙ ΓΝΩΝΑΙ νόον ὄνλιν
ἔχοσιν.

Herodotus, lib. vi. cap. 52. ΟΥ ΔΥΝΑΜΕΝΟΥΣ ΔΕ ΓΝΩΝΑΙ ἐπειρωτᾶν τὴν τεκοῦσαν. *Id cum ſcire nequirent, percontati ſunt parentem.* Id quod fecerunt apud Lucam philoſophi. Rem aliis verbis optime expreſſit Sophocles Trachin. ver. 353.

Τί φῂς; σαφῶς μοι φράζε πᾶν ὅσον νοεῖς·
Ἃ μὲν γὰ ἐξείρηκας ΑΓΝΟΙΑ Μ' ΕΧΕΙ.

Deinde recte MS. Alexand. Βελόμεθα ἔν γνῶναι ΤΙΝΑ ΘΕΛΕΙ ΤΑΥΤΑ ΕΙΝΑΙ. Quæ elegantia ſingularis eſt.

Σπήλυγξ. ἀπήλαιον. Βάθρις·

Κοιώσω ἀπήλυγξ, οἵά τις νόσῳ,
Κάμνων ἐδέδλη', οὐκ ἀληθὲς ἀθμαίνων.]

" Emendo et ſuppleo, Κ' ἔισω λέων ἀπήλυγξ.

" Fragmentum

" Fragmentum enim hoc pertinet ad fabulam " de leone ægroto, quæ exstat apud Æso- " pum." *Kuster.* Locus Babrii ita scribendus videtur et distinguendus:

ΚΟΙΛΗΣ ΕΣΩ ατήλυγ@, οἷά τις νόσῳ
Κάμνων, ἐβέβλητ' οὐκ ἀληθὲς ἀθμαίνων
Λέων ———

Babrius apud Suid. v. Φριξότριχα.

Φρίξας ἢ χαίτην ἔκθορε ΦΩΛΑΔΟΣ ΚΟΙΛΗΣ.

Στάδιον. ὁ τόπ@ ἔ ἀγών@. ——— ἐν Ἐπιγράμ- μασι. Σταδίοις ἰαθμοθήκην νέμειν.] " Hæc adeo " sunt lacera et mutila, ut nullum inde sen- " sum elicere queas." *Kuster.* Scribendum,

Ἐν σταδίοις. ποίοις; Ἰαθμόθι κ'ην Νεμέᾳ.

Ita enim legitur in Epigramm. Anthol. lib. vi. p. 547. Quod et monuisse jam video doctissimum Oudendorpium ad Tho. Magistrum.

Σταθήσεσθαι. Ἵνα δὲ τὶ σόμα@ δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθήσεσθαι πᾶν ῥῆμα.] " Respexit ad " Matth. xviii. 16. ubi legitur σταθῇ. Quo- " modo et hic scribendum est." *Kuster.* Hæc sunt verba Joannis Chrysost. in Matthæum, p. 658. Et sic MSS. complures Matthæi, Ἵνα — σταθήσεσθαι. Quæ lectio longe elegantissima est. Callimachus apud Schol. Pindar. Nem. IV.

Ἐλλεῖ

Ἔλλειπε ναῦ, ἰλίγοισι δ' ἐνηφήσαθε λιπώσας
Χεῖρας ἐμοῖς, INA μοι ταχὺ ΜΕΝΟΥΣΙΝ ἔτ@.

Ita ſcribendus iſte locus. Sed hæc exquiſitiora ſunt. Quare nihil mirum, ſi homines imperiti alterum pro altero ſubſtituerint, quod librariis ſolenne eſt. Reſtituenda hæc locutio Ariſtophani Equit. ver. 9.

——— Δεῦρό νυν πρόσελθ' ἵνα
Ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον.

Ubi illud Οὐλύμπου reſpuit ſcena Attica. Quod et vidit Kuſterus, ſed medelam non vidit. Apud Suidam legitur: πενθήσωμεν Ὀλύμπου νόμον. Quod vero proximum eſt. Repono tum metri, tum Atticiſmi gratia:

——— Δεῦρό νυν πρόσελθ' INA
Ξυναυλίαν ΠΕΝΘΗΣΟΜΕΝ Ὀλύμπου νόμον.

Στέαρ πυρᾶ. ὁ κάλλις@ σῖτ@ καὶ ἄρ@.] Reſpexit Suidas ad Pſalm lxxxi. 17. Καὶ ἐψώμισεν αὐτὸς ἐκ ΣΤΕΑΤΟΣ ΠΥΡΟΥ, καὶ ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτός.

Στενωπὸς. στενορύμη διόδων. ἢ στενωπεῖον.] "Salmaſius ad Achill. Tat. p. 728. diſtinguit "et legit, στενορύμη. διόδ@. καὶ στενωπίον: quod "probo." *Kuſter.* Scribendum, στενορύμη ΔΙ' ΟΔΩΝ. Eſt autem στενωπὸς, *meatus ab una via ad*

ad alteram. *Angiportum* vocant Latini. Idem autem στενωπεῖον et στενωπίον, ut κανωπεῖον et κανωπίον. Cæterum restituenda v. στενωπίου Philemoni Comico apud Athenæum, lib. xii. p. 516.

——— Μόνῳ φύσκην ποιῶ
Καυδαυλὸν, ὠὰ, θρῖον, ΕΝ ΣΤΕΝΩΠΙΩι.

Vulgo legitur ἐν στένῳ. Interpres ridicule, *in brevi tempore.* Nos et sensui et senario prospeximus.

Στερίφη. σεῖρα. μὴ τεχθῖσα.] Aristoph. Thesm. ver. 648.

ΣΤΕΡΙΦΗ γάρ εἰμι, κἀκ ἐκύησα πώποτε.

Huc Suidæ nota referenda est.

Στέρφος. σεῖρος καὶ ἄγονος. ——— Αὐτὸς δὲ διὰ τὸ ἔλυς, ἢ στερφώτερός τε ἦν, καὶ ἥκιστα ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐωρᾶτο, ὑπερέβη.] Scribendum omnino, ἢ στερφώτερόν τε ἦν. Thucydides, lib. vi. p. 443. Αὐτὸς δὲ πρὸς ὄρθρον καταβάντες, καὶ διὰ τὸ ἔλυς, ἢ πηλῶδες ἦν καὶ ΣΤΕΡΙΦΩΤΑΤΟΝ. Ad hunc locum respexisse videtur Suidas, sed ita ut rem pro lubitu suo administraverit. Quod nostro solenne est.

Στερίφοις. στερεοῖς. ——— Ὁ Στερφοποιῶ, τὸ ἰσχυροποιῶ. καὶ Στερίφαπλος, ὁ μικρὸς πέπλος.] "Suidas proculdubio scripserat, στερφόπεπλος, "ὁ μικρόπεπλος.

" ὁ μικρόπεπλος. Num autem recte στερφό-
" πεπλος exponatur per μικρόπεπλος lector
" viderit." *Kuster.* Interpretatio hæc falsa et inepta est. Erunt fortasse qui legant: Καὶ στερφοποιῶ, ἰσχυροποιῶ. ἢ στερφόπεπλος, ἰσχυρόπεπλος. Suidas infra: Στερφόπεπλος, ὁ Ἡρακλῆς. Sed aliud est στερφόπεπλος, aliud στερφόπεπλος. illud verum et de Hercule usitatum, hoc improbum et sine exemplo. Quare nullus dubito, quin scripserit noster: Καὶ στερφόπλος, ὁ ἰσχυρόπλος. Dicitur autem στερφόπλος de equo *solidungulo* vel *qui solidas habet ungulas.* Virgil. Georg. III. 88.

Et solido graviter sonat ungula cornu.

Homer. Il. E. 329. κρατερώνυχας ἵππους vocat. ubi schol. ΙΣΧΥΡΟΥΣ ὄνυχας ἔχοντας. Quare lexicographis tandem auctor sum, ut deinceps ΣΤΕΡΙΦΟΠΛΟΣ, non στερφόπεπλος, libris suis inserendum curent. Quod omnino verum est. Dum hæc scribo, succurrit locus Ennii in Scipione apud Macrobium Saturnal. VI. 2. quem, quia corruptus est, hic in transitu emendabo:

Sol equeis iter repressit unguleis volantibus,
Constitere amnes perennes, arbores vento vacant.

Scribendum unica voce:

Sol equeis iter repressit UNGULEIVOLANTIBUS.

Quod

Quod plenum, et antiquæ elegantiæ eſt. Eadem medicina ſanandus Virgilius Æn. iii. 70.

——— *placataque venti*
Dant maria, et LENICREPITANS *vocat auſter in altum.*

Στίδη. πηλὶς ἡ πάχνη. Ὅμηρος· Στίδη ὑπηνέμη. τάξεσιν, ὀρθρινή. Καὶ Στιδήεις, ἡ ὑπὸ τὴν ἐωγενομένη ψυχρότης ἐξ ἀέρος.] "An στιδήεις pro "στίδη? Sed id vix mihi perſuaſerim. Quare "malim στίδη. Solet enim Suidas voces, quas "in ſerie ſua explicat, in eadem, nota ſemel "iterumque repetere: quoties nempe interpretationis ex diverſis Grammaticis adducit." *Kuſter.* Ut à τιμὴ τιμήεις, ſic à στίδη στιδήεις. Quæ vox minime repudianda eſt. Sed Kuſterus, vir bonus, hic dormitabat. Quod nobis omnibus commune eſt. Cæterum hæc deprompta ſunt procul dubio ex ſcholiis antiquis ad Homerum, quæ hodie deſiderantur.

Στῖφος. τάξις πολεμικὴ, ἢ φάλαγξ. συρροφὴ. πλῆθος συνόδων.] "Lego et diſtinguo, πλῆ"θος, σύνασις. Nam σύνασις aliquando ſu"mitur pro *cœtu*, vel *caterva* hominum." *Kuſter.* Deſcripſit hunc locum Suidas ex Scholiaſt. ad Ariſtoph. Eq. ver. 848. ubi legitur: τοῦτο ἦν στῖφος ἔτρεφεν ὁ Κλεων, ἵνα ἔχῃ συνερχόμενον αὐτῷ πρὸς τὴν πολιτείαν. *Hos alebat Cleo,*

Cleo, ut haberet qui sibi in rebus publicis turbandis et novandis præsto essent. Quæ verba veram lectionem indicant. Reponendum sine dubio: πλῆθος ΣΥΣΤΑΣΙΩΤΩΝ. Noster infra: Συμμέμαται, ζυστασιωτῶν πλήθη. Ita legendum. Vulgo minus recte, στρατιωτῶν. Lucian. in Saltatione. Αἰτούντων δὲ αὖθις ΤΩΝ ΣΥΣΤΑΣΙΩΤΩΝ αὐτὸν τὸν Αἴαντα αὐτοῖς ὀρχήσασθαι. *Postulantibus iterum partium ejus fautoribus, ut Ajacem saltaret.* Marcus xv. 7. Ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς μετὰ τῶν ΣΥΣΤΑΣΙΑΣΤΩΝ δεδεμένος. Quod perinde est.

Στέρνησι. ζώναις. Αἱ δὲ γυναῖκες στέρνησιν ἀνέστρεφον. *Mulieres vero zonis eum versabant.*] Membra poetæ alicujus hic deprehendisse videor. Sed locus corruptus est. Quod interpreti fraudi fuit. Lego et dispono,

——— Αἱ δὲ γυναῖκες
Αὐτὸν μὲν στέρνησιν ΑΝΕΣΤΕΦΟΝ ———

Mulieres vero eum zonis redimiebant.

Est autem hoc fragmentum Callimachi, opinor, in Hecale. ubi de Theseo à Creta post occisum Minotaurum reduce, et ab Hecale hospitio excepto agebatur. de quo Plutarchus in Theseo. Confer etiam Suidam supra v. Περιαγερόμενοι.

Στεφάνα-

Στραγαλιῶδες. διεστραμμένον. καὶ στραγαλωτῇ μάστιξ. Ὁ δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν μαστιγῶσαι τῇ στραγαλωτῇ μάστιγι.] Ad hunc locum ne verbum quidem Kusterus. Atqui illud, στραγαλωτὴ μάστιξ, novum quid, et Græcis auribus inauditum est. Rescribo fidenter: Ὁ δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν μαστιγῶσαι ΤΗι ΑΣΤΡΑΓΑΛΩΤΗι ΜΑΣΤΙΓΙ. *Ille vero jussit eum nodoso flagello cædi.* de quo flagellorum genere Joannes Meursius ad Hesychium Milesium, et viri doctissimi ad Pollucem. Posidonius apud Athenæum lib. iv. p. 152. Ἀποσταθεὶς δὲ χαμαιπετὴς δείπνου, ῥάβδοις καὶ ἱμᾶσιν ΑΣΤΡΑΓΑΛΩΤΟΙΣ μαστιγῶται. Plutarchus adverſ. Colot. p. 1127. Ἀλλ' οὐκ ἐλεύθερος ἔτως, ὦ Μητρόδωρε, ἐστὶν, ἀλλ' ἀνελεύθερος καὶ ἀναγωγός, καὶ οὐδὲ ΜΑΣΤΙΓΟΣ ἐλεύθερος δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ΑΣΤΡΑΓΑΛΩΤΗΣ ἐκείνης, ἣν τοῖς Γάλλοις πολυμελῶνται ἐν τοῖς Μητρῴοις κολάζουσιν. *Atqui, Metrodore, hic liber non est, sed illiberalis et contumax, et ne liberali quidem dignus flagello, sed nodoso illo, quo Gallos in Magnæ Matris sacris delinquentes puniunt.* Huc respexit Athenagoras in Apolog. p. 240. Ἐῶ γὰρ τοὺς ταῖς μαχαίραις καὶ ΤΟΙΣ ΑΣΤΡΑΓΑΛΟΙΣ αἰκιζομένους αὐτοὺς λέγειν.

Στραγδέα. ἀναβάλλει. ὥσπερ νεάζει —— Καὶ Στραβόομαι. ἀναβάλλομαι.] Eleganter Suidas, ὥσπερ νεάζει. *juveneſcit. more juvenum ſe gerit.* Quo ſenſu verbum uſurpat neſcio quis apud Suid. v. Ἀπίκιος. Ὑπὲρ πολυδαισίας καὶ πολυποσίας

Digitized by Google

ποσίας ἰρίσαι ϗ NEAZEIN. Menander apud Stobæum.

Ὡς ἡδὺ πρᾶγ' ϗ NEAZΩN τῷ τρόπῳ
Παλήῃ ——

Quo respexit Plautus, Mil. Glorios. Act. iii. sc. 1.

Tute me ut fateare faciam esse adolescentem moribus.

Deinde recte Kusterus, ϗ στραγδόμαι, ἀναβάλλομαι. Quo quidem mendo nihil inveteratius in libris antiquis: de quo viri docti ad Hesychium v. Θατρόεδϗ. Quod monstrum monstrosius exhibet Suidas v. Θηρατόεδϗ. Corruptus itidem Herodotus lib. iv. cap. 28, Ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται, καὶ ὁ Βόσπορος πᾶς ὁ Κιμμέριος· ϗ ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου οἱ ἔνδοθι τάφρου Σκύθαι καλοικημένοι στρατεύονται, καὶ τὰς ἁμάξας ἐπελαύνουσι πέρην ἐς τὴν Σιγδύν. Corrigit vir doctissimus et ingeniosissimus, αἱ Σκύθαι καλοικημένοι ἁμαξεύονται, vel ἱππεύονται. Sed neutra vox satisfacit. Tu scribe meo periculo, Ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου ΣΤΡΑΓΓΕΥΟΝΤΑΙ. *Super glaciem Scythæ otiantur. Sport upon the ice.* Quod populi septentrionales faciunt libenter. Idem autem Στραγδόεδϗ, Τολάζειν, Λαγγάζειν sive Λογγάζειν, et si quæ alia. de quibus consulendi grammatici. Hesych. Λογγάζει, ὀκνεῖ, ἀμελεῖται. Idem: Λαγγάζει, ὀκνεῖ. Photius Patriarcha: Λογγάσω, στραγδόσομαι [lege, στραγγόσομαι] ὃ ἡμεῖς Λαγγάσω ϗ Λαγγανδόσω λέγομεν. Nos Angli, *to* LAG. Hinc Λαγγὼν et Λαγγώδης. Glossæ Philoxeni: Λαγγών. *Cessator.* Λαγγώνδυς. *Tricosus.* Vox altera corrupta est.

Digitized by Google

Emendabat cl. Ruhnkenius, Βλαχώδης. adplaudente cl. Burmanno in Addend. ad Anthol. Latinam. Sed uterque fallitur. Scribendum sine dubio: ΛΑΓΓΩΔΗΣ. Λαγγὼν sive Λαγγώδης est *desès. qui inertiæ studet, et otiari amat.* Etymol. Magn. Λαγγὼν, ὁ ἀθέως λανθάνων τὰ ἀΐσων καὶ φίδε. *Tricosum* vocant Latini. Glossæ: *Tricosus.* ἀχρεῖος, ἴκλυς, λαγγώδης. *Tricosus, cessator,* λαγγών. Ita scribendus iste locus, quem perperam sollicitavit magnus Salmasius ad Capitolini Verum. Atque hinc intelligendum epigramma apud Burmann. Anthol. Latin. lib. i. p. 18. Est autem nescio cujus in Herculem:

Alcmenæ Jovis et magni fortissima proles
TRICOSUS *subito post mea fata vocor.*

Ita scribendum. Respexit poeta ad nescio quem, qui de Hercule atque ejus amoribus minus honorifice scripserat. Hercules servivit Omphalæ, et sui nominis oblitus, otio et genio suo litavit. Hinc *Tricosus* dictus. Hæc mens hujus distichi. Μελλόστρατον vocant Græci. Suidas: Ἀλλοστρατεῖ. στρατεύεται. Utraque vox corrupta est. Tentabat Kusterus, sed tentabat frustra. Repono certissime: ΜΕΛΛΟΣΤΡΑΤΕΙ. στραγγεύεται. Dicitur autem μελλοστρατεῖν, qui moras nectit, et militiam detrectat. Quod Ulysses fecit. Idem fere Μελλονικιᾶν. *cunctari, tergiversari.* Aristoph. Av. ver. 640.

Καὶ

Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ νυστάζειν ἔτι
Ὥρα 'στὶν ἡμῖν, οὐδὲ ΜΕΛΛΟΝΙΚΙΑΙΝ.

Quæ laudantur à Plutarcho in Nicia. Noſter Suidas: Μελλονικιᾶν. τὸ βραδυῶσειν καὶ ἀναβάλλεσθαι. ΕΛΙΝΤΕΙΝ vocabant Iones. Verbo ſæpius utitur Herodotus. Plutarch. in Numa. Ἐν ᾗ ταῖς πομπαῖς προηγοῦντο κήρυκες ἀνὰ τὴν πόλιν ΕΛΙΝΥΤΕΙΝ κελεύοντες, καὶ τὰ ἔργα καταπαύοντες. Polybius Ἐλινύας ſive Ἐλινύας ἄγειν vocat in Excerpt. Legat. p. 1120. Ῥωμαίοις τῆς καλῆς τὴν ναυμαχίαν νίκης ἄρτι προσηγγελμένης, πρῶτον μὲν τῷ δήμῳ προσήγγειλαν ΕΛΙΝΤΟΝΤΑΣ ΑΓΕΙΝ ἡμέρας ἐννέα, ἐν θύειν τοῖς θεοῖς χαριστήρια. Ita ſcribendus eſt iſte locus. Reſpexit ut ſolet Suidas: ΕΛΙΝΤΟΝΤΑΣ. ἀργοῦντας. Idem ἐλινύοντας ἄγειν et ἐλινύειν. Poetæ more ſuo Ἐλιννύειν vocant. Apollonius Rhodius apud Suidam: ΑΝ ΕΛΙΝΝΥΟΝ. ΕΝΕΔΙΔΟΥΝ. ἀνεπαύοντο. διέτριβον.

—— Δηρὸν δ' ἂν ἐλίννυον αὖθι μένοντες.

Ita ſcribendus videtur iſte locus, de quo nos ſupra ad v. Ἀνελίνυεν. Etymol. Magn. Ἐλινύω, ΕΝΔΙΔΩΜΙ. σημαίνει ἡ λέξις τὸ σραλγύειν (leg. σραγγύειν) ἀργοῦντας. Quod τριβάζειν vocat Sophocles Antig. ver. 587.

—— Μὴ ΤΡΙΒΑΖΕΤ', ἀλλά νιν
Κομίζετ' ἔσω δμῶες ——

Digitized by Google

Ne moras nectatis, ſed eam intro ducatis.

Vulgo nullo ſenſu legitur, μὴ τριβὰς ἔτ' ἀλλά νιν. quod et futiliſſime exponunt nonnulli. Sed noſtra lectio veriſſima et elegantiſſima eſt. Ut à σχολὴ σχολάζειν, ſic à τριβὴ τριβάζειν. Quod probum et lexicographis commendandum.

Στρεπτὰς. παλακῶν εἶδος. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος.] Locus Demoſthenis, quem reſpexit Suidas, exſtat p. 569. Ed. nov. Καὶ κιτοφόρος, ὁ λικνοφόρος, ἢ τὰ τοιαῦτα τῶν γραϊδίων προσαιρούμενος, μισθὸν λαμβάνων τούτων, ἔνθρυπτα, ἢ στρεπτὰς, ἢ νεήλατα. Ita ſcribendus iſte locus. Huc alluſit Julian. Epiſt. ad Sarapion, p. 393. Καὶ ὅτε ΕΝΘΡΥΠΤΟΝ, ὅτε ΣΤΡΕΠΤΟΝ, ὅτε ΝΕΗΛΑΤΟΝ, ὅτε ἄλλο καρυκείας γένος ἁδὲν ἔσαι ἥδυσμα ἴσον. Recte autem et feſtive noſter Rhetor, Κιτοφόρος ἢ Λικνοφόρος. Nam utrumque, tum κιτὸς, tum λίκνον, in Bacchi ſupellectile. Legunt quidem nonnulli, ΚΙΣΤΟΦΟΡΟΣ ἢ λικνοφόρος. Quo reſpexit fortaſſe Suidas: ΚΙΣΤΟΦΟΡΟΣ. ἔοικε δὴ τὰς ΚΙΣΤΑΣ ἱερὰς εἶναι ἔν Διονύσου καὶ τῶν θεῶν. Quod et Kuſtero placuit. Placuit et Tayloro noſtro. Sed vulgatam lectionem agnoſcit Ulpianus. Agnoſcit et Libanius, quod viros doctos fugit, Vol. i. p. 108. Ἀνὴρ δὴ γενόμενος χορὸς εἶχε γραῶν, μέλα ποιούμενος εἰ ΚΙΤΤΟΦΟΡΟΣ ἀκούσειε. καὶ ταῦτα ὑπέμεινε ὑπὲρ ΝΕΗΛΑΤΩΝ καὶ ΣΤΡΕΠΤΩΝ. ἔτος γὰρ ἦν ὁ μισθός.

Jam

Digitized by Google

Jam vir factus cœtus habebat vetularum, magni æstimans si hederifer vulgo audiret, idque sustinuit pro recens molitis mellitisque farinis: hæc enim fuit merces. Qui locus egregius est, et ad Demosthenem expressus. Cæterum notanda Ulpiani interpretatio: Κιτροφόρος, ἐσεμνώθη κιτρῷ. Λικνοφόρος, ἀντὶ φύλαξι τιμώμενος. Quæ mirificissima sunt, et viris doctissimis minus perspecta. Tu, si sapis, mecum rescribe: ΛΙΚΝΟΦΟΡΟΣ, ἀντὶ ΦΛΥΑΞΙ τιμώμενος. Quibus innuit Ulpianus, Λικνοφορίαν locum atque ministerium esse honorificum, sed apud φλύακας tantum, sive homines temulentos et nullius pretii. Quod omnino verum est. Athenæus, lib. xiv. p. 621. Σικυώνιοι μὲν γὰρ φαλλοφόρους αὐτὰς καλοῦσιν, ἄλλοι δὲ αὐτοκαβδάλους, οἱ δὲ ΦΛΥΑΚΑΣ ὡς Ἰταλοί. Hesych. ΦΛΥΑΞ, μέθυσος, μεθυστὴς, γελοιαστής. Cujusmodi homines in Bacchi comitatu. Quod satis norunt eruditi. Idem fere mendum apud Suidam supra: Ἰακχάζουσι. φυλάττουσι. Scribendum sine dubio, ΦΛΥΑΤΤΟΥΣΙ. Quod verbum in hoc negotio disertissimum est. Glossæ Herodoteæ: Ἰακχάζουσι, φλυαροῦσι. quod perinde est. Idem verbum restituendum Zosimo, lib. vi. p. 369. Τοσοῦτον ΕΦΛΥΑΤΤΕΝ ὁ νοῦς τῶν τότε τὴν πολιτείαν οἰκονομούντων, θεοῦ προνοίας ἐσεφισμένων. Ita scribendus est iste locus. Vulgo inepte legitur, ἐφύλαττεν. Quod et Cl. Wetsteinio ad Matthæum animadversum video.

Digitized by Google

Στρόφιον. τὸ προτύλιον ζωνάριον. —— Ἀλεργῇ ἀμπεχόμενος, καὶ κόμην πρέφων χρυσῷ στρόφῳ κεκοσμημένην.] Locus corruptus est, atque ita restituendus: Ἀλεργῇ ἀμπεχόμενος, καὶ κόμην ΤΡΕΦΩΝ χρυσῷ ΣΤΡΟΦΙΩι ΚΕΚΟΡΥΜΒΩΜΕΝΗΝ. Ita enim legitur apud Nic. Damascen. in Excerptis Valesii p. 450. unde hoc fragmentum decerpsit Suidas. Confer nostrum supra v. Κόρυμβος. et v. Μάγνης. ubi auctior legitur hic locus. Cæterum uterque, tum Suidas, tum Damascenus, habet στρόφῳ. Nos recte correximus στρεφίῳ. Athenæus, lib. xii. p. 543. Ἐφόρει δὲ ὑπὸ τρυφῆς πορφυρίδα & ΣΤΡΟΦΙΟΝ λευκὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Plutarchus in Aristide. Τούτῳ γάρ τις, ὡς ἔοικε, τῶν βαρβάρων προσέπεσεν, οἰηθεὶς βασιλέα, διὰ ΤΗΝ ΚΟΜΗΝ ΚΑΙ ΤΟ ΣΤΡΟΦΙΟΝ, εἶναι. Porro, dum hoc agimus, corrigendum se offert Diodorus Siculus in Excerpt. Legat. p. 631. ed. nov. Καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν πολυτελῆ κατέθετο, πιναρὰν δὲ μεταμφιασάμενος & κοινὴν, καὶ πώγωνα τρέφων περιῄει εἰς τὰς καλὰς τὴν πόλιν ὄχλος. Sermo est de L. Saturnino, sed verba depravata sunt. Quod miror nuperum editorem fugisse. Scribendum utique et distinguendum: πιναρὰν δὲ μεταμφιασάμενος, καὶ ΚΟΜΗΝ καὶ πώγωνα ΤΡΕΦΩΝ. Idem in Excerpt. de Virt. et Vit. p. 609. Περὶ τῆς τοῦ Μετέλλου φυγῆς ἐπ' ἔτη δύω γενομένων λόγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ΚΟΜΗΝ ΠΑΡΑΤΡΕΦΩΝ ΚΑΙ ΠΩΓΩΝΑ, ΚΑΙ ΠΙΝΑΡΑΝ ΕΧΩΝ ΕΣΘΗΤΑ, περιῄει καλὰ τὴν ἀγοράν, δεόμενος τῶν πολιτῶν. Qui locus geminus germanus est.

Στρυφνόν.

Digitized by Google

Στρυφνόν. σκληρόν. Παῦσον αὐτὸ τὸ στρυφνὸν καὶ τραγικὸν ἦθος.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis in Veſp. ver. 872.

Συγχρωτίζεσθαι. πλησιάζειν. Ζήνωνι γὰρ τῷ Κιτιεῖ ἐχρήσθη, πυνθανομένῳ περὶ βίου, πῶς ἂν εὐδαίμων γένοιτο, εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς· ὅ ἐστι, τοῖς βιβλίοις τῶν ἀρχαίων· τουτέστι, μελέτην ἀσκεῖν, καὶ λόγοις τρέφειν ψυχὴν τὴν βασίλειαν.] "Idem refert Lae-"rtius in vita Zenonis Citiei ſub initium. "Scribendum autem τὴν ψυχὴν, expuncta ul-"tima voce βασίλειαν, quæ nihil ad rem facit." *Kuſter.* Verba poſtrema corrupta eſſe nemo non videt. Putabam legendum, καὶ λόγοις τρέφειν τὴν ψυχὴν ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ. Ita locutus eſt Lucian. adverſ. Indoct. ΠΑΛΑΙΩΝ ἀνδρῶν ΛΟΓΟΥΣ καὶ ποιήμασι. Sed jam video meliora, quæ ego probo, et tu, ſat ſcio, probabis. Unius literæ mutatione res reſtituenda eſt. Scribendum, Καὶ ΛΟΓΟΙΣ —— ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ. *Et animum alere ſcriptis Evangelicis.* Λόγοι τῆς βασιλείας ſunt *verba Evangelii. verba ſalutis.* Sunt autem hæc verba alicujus Chriſtiani, qui reſpexerit ad Matthæum xiii. 19. Παντὸς ἀκούοντος ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ, Καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς, καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Atque hoc verum. Cæterum, aut plurimum fallor, aut veſtigia iſtius Oraculi deprehendiſſe videor apud Schol. ad Ariſtoph. Nub. ver. 144. ubi de *oraculis trimetris* agit, ſed ita detrita et proculcata, ut vix veſtigia agnoſcas. Καί ἐστι δὲ παρὰ κωμικῶν τινι·

Πῆ συγκεχωρῆσθαι τῷ χρησμῷ δοῦναι.

Hæc nec trimetrum, nec tetrametrum referunt. Proculdubio ſcribendum :

Εἰ συγκεχρῶσθαι τοῖς χερσὶν δωμήσεται.

Sed hoc hariolari eſt. Huc manifeſto reſpexit Bato Comicus apud Athenæum lib. xiv. p. 662.

Α. Καὶ βιβλίον ταῖς χερσὶ κ᾽ φρονήσομεν.
Β. Εὕρηκας δὲ τί;
Α. Τὰ μέγιστα. Β. Πόσα ταῦτα; Α. Πόσα;
ΤΟΥΣ ΤΕΘΝΗΚΟΤΑΣ.

Ita ſcribendus iſte locus, qui viros eruditiſſimos fruſtra exercuit. Interrogatus homo, Nunquid in veterum ſcriptis inveniſſet? reſpondet, *nil niſi mortuos*. Hæc mens Comici eſt.

Σῦκον. ——— Τὸ σῦκον κ᾽ μόνον ἀλεξιφάρμακόν ἐστι.] "Scribendum puto, Καὶ μόριον. i. e. *morum*." *Kuſter*. Legebam aliquando, Τὸ σῦκον ΚΑΙΟΜΕΝΟΝ. *Ficus aſſata facit adverſus venena*. Sic mox Noſter, Καὶ ἰχάδες σὺν ὠμῷ γάνῳ ΟΠΤΩΜΕΝΑΙ, κ᾽ νήσαις διδόμεναι, ὁμοίως σὺν γλήχωνι. Sed jam nihil mutandum eſſe video. Nimirum aliud eſt σῦκον, aliud ἰχάς. hæc cum ruta et pulagio prodeſt, illud ſolum et per ſe facit contra venena. Hic ſenſus loci eſt. Huc apprime facit Julian. Epiſt. 24. ad Sarapion. Σῦκον δὲ κ᾽ ἀνόσησεν μόνον ἡδύ, ἀλλὰ κ᾽ ἀναδίσει.

Digitized by Google

ἀναδόσει χρείαν ἐχόν. ἔτω δὲ ἐστιν ἄνθρωπος ὠφέλιμον, ὥστε καὶ ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΟΝ ΑΥΤΟ ΠΑΝΤΟΣ ΟΛΕΘΡΙΟΥ ΦΑΡΜΑΚΟΥ φησὶν Ἀριστοτέλης εἶναι. *At ficus non ſolum guſtu eſt dulcis, verum etiam digeſtione antececellit. Quin etiam adeo utilis hominibus eſt, ut remedium ad quævis venena Ariſtoteli videatur.* De locutione autem καὶ μόνον, vide nos ſupra ad v. Ἰσαν.

Σῦκόν —— Σῦκον τε μελαντεραχὲς.] Hoc fragmentum eſt pars epigrammatis, quod legitur apud Reiſk. in Anthol. p. 59.

Συκοφάσεις, συκοφάσεις.

Ἦν ἄρα νικήσαι συκοφάσεις ἀδίκως.] Ad hunc locum ſilet Kuſterus. Atqui illud συκοφάσεις ne Græcum quidem eſt. Scribendum, Συκοφάσεις, συκοφαντίας. Heſych. Φάσεις, συκοφαντίαι. Eſt autem Pentameter iſte pars epigrammatis, quod legitur apud Laertium in vita Ariſtotelis. nec ineptum id quidem. En carmen integrum:

Εὐρυμέδων ποτ' ἔμελλε Ἀριστοτέλην ἀσεβείας
Γράψασθαι, δῆθεν μυστίδος ὢν πρόπολος.
Ἀλλὰ πιὼν ἀκόνιτον ὑπεξέφυγε. τὸν δ' ἀκονιτὶ
Ἦν ἄρα νικῆσαι ΣΥΚΟΦΑΣΕΙΣ ἀδίκως.

Συλλαβάν. εἰς νᾶν λαβών. Ὁ δὲ Πασίφαλος συλλαβὼν χρησήριον, καὶ φὰς δεῖχθαι τὸ χρηθὲν.] Hæc ſunt

sunt verba Herodoti lib. i. § 63. quod doctissimos editores fugisse video.

Συλόνυχας. ἐν Ἐπιγράμμασι· Καὶ ψῆκτραν ἄκλιτα ἀπέπυσε, καὶ λιποκόπους Φασγανίδας.] Hæc repetuntur infra apud Suid. v. Φάσγανον. ubi legitur, λιποκόπρους. Sed neutra lectio vera est. Rescribendum omnino: ΛΙΠΟΚΩΠΟΥΣ. Φασγανίδες λιπόκωποι sunt *cultelli manubriis destituti*. Idem poeta apud Suid. v. Φάρσος.

Φάρσος ἅμα σελέᾳ χῆρον ἐλαΐνεα.

de quo nos infra. Confer etiam Cl. Salmasium ad Simmiam Rhodium p. 206. Quod vero exhibent MSS. Λιπροκόπους sive Λινοκόπους, ne Græcum quidem est. Quod viros doctissimos non animadvertisse miror. Cæterum de isto epigrammate consulendus Cl. Kusterus ad Suid. v. Ἀκιτιν. et in Diatrib. anti-Gronoviana. Consulendus etiam Cl. Reiskius in Anthol. p. 61. Carmen ipsum, quia doctum et elegans in primis est, hic in gratiam lectoris eruditi, emendatum apponam. Est autem Phaniæ in tonsorem, qui, relicta arte sua, et taberna, in hortum Epicuri transierat.

Εὐγαθὴς Λαπιθανὸς ἐσοπλίδα, καὶ φιλέθειρον
Σινδόνα, καὶ πείσας ΦΑΡΣΟΣ ἐπιξυρίᾳ,
Καὶ ψῆκτραν δονακῖτιν ἀπέπυσε, καὶ ΛΙΠΟΚΩΠΟΥΣ
Φασγανίδας, κεἰ τὰς συλόνυχας τόνυχας.
Ἔπυσε δ' ΕΙΣ ΑΛΑ καὶ ξυρὰ Ϲ θρόνον, εἰς δ' Ἐπικύρους,
Κυρῆνον περάπων, ἄλαλο κηπολόγῳ.

Ἔνια

Ἔνθα λύρας ἤκυσεν ὅπως ἔνος. ὤλεσο δ' ἄν ποτε
Λιμώσων, εἰ μὴ σέρξῃ παλινδρομίαν.

Ita ſcribendum videtur iſtud epigramma, in quo emaculando viri doctiſſimi fruſtra fuerunt. In primo pentametro legendum, πεδάσῃ ἐπιξυρίῃ, non ὑποζυρίῃ. Πέτασος ἐπιξύριος eſt *pileus tonſorius. a ſhaving cap.* In tertio Hexametro MSS. Ἔπλυσε δ' Ἰταλίας. Nos veram lectionem vidimus. Nimirum tonſor noſter, jam philoſophus futurus, artis ſuæ inſtrumenta in mare projecit. Ita autem locutus eſt Philippus in Epigram. Anthol. lib. i. p. 60.

Ἰσὸς δὲ πᾶς ὤλισθεν ΕΙΣ ΑΛΑ ΠΤΤΣΑΣ.

Συλῶ.

Ἀμφοτέρως ἤκουσε· σεσύληται μὲν ὁ Βάκχος. ἐν Ἐπιγράμματι.] Integrum epigramma legitur ſupra v. Ἀμφιφορῆα. Legitur etiam, idque emendatius, apud Reiſk. in Anthol. p. 48.

Συμβαλόντα. τυτέσι τὸν δανεισάμενον. Ὁ δὲ ἦλθε πρὸς τὴν βασιλίσσαν, τὸν συμβαλόντα αἰτιασόμενος, δεηθῆναι αὐτῇ βοηθῆσαι τὰ δίκαια.] Hæc ſunt verba Procopii Arcan. Hiſt. p. 69. Καί ποτε τις τῶν πατρικίων —— τῶν αὐτῇ ὑπηρετούντων τινα ὀφείλοντά οἱ χρήματα μεγάλα, εἰσπράξασθαι οὐκ οἷός τε ὢν, εἰσῆλθε παρ' αὐτὴν, τόν τε συμβάλλοντα (leg. συμβαλόντα) αἰτιασόμενος, ΚΑΙ ΔΕΗΘΗΣΟΜΕΝΟΣ

ΜΕΝΟΣ αὐτῷ βοηθῆσαι τὰ δίκαια. *Quinetiam vir ordinis Patricii, cum a Theodorae familiari grave æs creditum exigere non posset, eam adivit, debitorem interpellaturus, illamque, ut se æquo jure complecteretur, rogaturus.* Ad hanc normam castigandus est Suidas. Notandum autem nostri lexicographi interpretamentum. Συμβαλόυσα. τὸν δανεισάμενον. Quod rectum et egregium est. id quod ex sensu loci patet. Nimirum verba συμβαλὼν, χρήστης, δανειστὴς, ambiguo sensu gaudent, et nunc de *creditore*, nunc de *debitore* usurpantur. de quo nonnulla post Mausaacum adnotavit vir præstantissimus Henricus Valesius ad Harpocrat. Vide et quæ scripsit doctissimus Salmasius de Usur. p. 496. Suidas: Χρήστης καὶ ὁ δανείζων, καὶ ὁ δανειζόμενος. Procopius Hist. Arcan. p. 70. Οὐκοῦν, ὦ δέσποινα, εἰσί μοι ΧΡΗΣΤΑΙ, οἱ μὲν ΔΑΝΕΙΣΑΝΤΕΣ τὰ σφέτερα αὐτῶν, οἱ δὲ ΔΑΝΕΙΣΑΜΕΝΟΙ. Ubi rectissime Interpres, *Sum ego quidem, domina, in ære alieno, in meo sunt alii.* Vox Χρήστης in hoc postremo sensu exstat apud Jensium in elegantissimo epigrammate, quod hic pace eruditissimorum virorum, qui in sole caligarunt, emendatum adscribam.

ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Ὤιχεο ἀσκίπων, Κινησία, Ἑρμῆ λάτρις,
Ἑκτίσων Ἀΐδῃ χρεῖος ὀφειλόμενον
Γῆα ἔτ' ἄρτια πάντα φέρων· ΧΡΗΣΤΗΝ δὲ δίκαιον
Εὑρών σε, στέργει πανλοβίης Ἀχέρων.

Ita

Digitized by Google

Ita legendum et distinguendum istud epigramma. In primo hexametro MS. Ἑρμῆ ἄγαλε. Quod recte emendavit Cl. Reiskius. sed cum reddit *Mercurii sacerdos*, mentem poetæ minus adsecutus videtur vir doctissimus. Cinesias foenerator fuit sive τραπεζίτης. Hinc non male Ἑρμῆ λάτρις appellatus. Nam Mercurius mensæ argentariæ præses. Sic Euripides, Πιερίδων λάτρις. Epigram. Anthol. lib. iii. p. 394.

——— Ὡς ἂν ὁ ΛΑΤΡΙΣ
Πιερίδων ναίης ἀγχόθι Πιερίδων.

Deinde restituimus, Γῆα ἔτ' ἄρτια. Vulgò nullo sensu legitur Γήρᾳ. Postremo recte distinximus, Εὐρών σε, στέργει. Quod non intellexerunt interpretes. Στέργει, *gaudet, contentus est.* Euripides in fragmentis apud Barnes. p. 510.

——— Ζεὺς, εἴτ' Ἀΐδης
Ὀνομαζόμενος ΣΤΕΡΓΕΙΣ ———

Est autem scriptum hoc epigramma in Cinesiam, fœneratorem quendam celebrem, qui membris integris obiit, atque adeo morti, quæ debuit integra omnia persolvit. Hinc χρήστην δίκαιον vocat Poeta. Hæc est mens hujus epigrammatis, quod omnes interpretes fefellit. Huc facit Libanius Epist. 644. Δεήσει με ΧΡΗΣΤΗΝ ὄντα περιοδεῖν, ἀδυνατοῦντα ΤΟ ΧΡΕΩΣ ΕΚΤΙΣΑΙ. *Circumvagari me oportet, instar debitoris qui solvendo non est.* Dum hæc scribo, commodum se offert Furius Bibaculus apud

ΜΕΝΟΣ αὐτῷ βοηθῆσαι τὰ δίκαια. *Quinetiam vir ordinis Patricii, cum a Theodoræ familiari grave æs creditum exigere non posset, eam adivit, debitorem interpellaturus, illamque, ut se æquo jure complecteretur, rogaturus.* Ad hanc normam castigandus est Suidas. Notandum autem nostri lexicographi interpretamentum. Συμβαλόντα. τὸν δανεισάμενον. Quod rectum et egregium est. id quod ex sensu loci patet. Nimirum verba συμβαλὼν, χρήστης, δανειστὴς, ambiguo sensu gaudent, et nunc de *creditore*, nunc de *debitore* usurpantur. de quo nonnulla post Mausaacum adnotavit vir præstantissimus Henricus Valesius ad Harpocrat. Vide et quæ scripsit doctissimus Salmasius de Usur. p. 496. Suidas: Χρήστης καὶ ὁ δανείζων, ᾧ ὁ δανειζόμενος. Procopius Hist. Arcan. p. 70. Οὐκοῦν, ὦ δέσποινα, εἰσί μοι ΧΡΗΣΤΑΙ, οἱ μὲν ΔΑΝΕΙΣΑΝΤΕΣ τὰ σφέτερα αὐτῶν, οἱ δὲ ΔΑΝΕΙΣΑΜΕΝΟΙ. Ubi rectissime Interpres, *Sum ego quidem, domina, in ære alieno, in meo sunt alii.* Vox Χρήστης in hoc postremo sensu exstat apud Jensium in elegantissimo epigrammate, quod hic pace eruditissimorum virorum, qui in sole caligarunt, emendatum adscribam.

ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Ὤιχεο ἀσκήπτων, Κινησία, Ἑρμῆ λάτρις,
Ἐκτίσων Ἀΐδῃ χρεῖος ὀφειλόμενον
Γῆρα τ' ἄρτια πάντα φέρων· ΧΡΗΣΤΗΝ δὲ δίκαιον
Εὑρών σε, στέργει πανδοσίης Ἀχέρων.

Ita

Digitized by Google

Ita legendum et distinguendum istud epigramma. In primo hexametro MS. Ἑρμῆ ἄγαις. Quod recte emendavit Cl. Reiskius. sed cum reddit *Mercurii sacerdos*, mentem poetæ minus adsecutus videtur vir doctissimus. Cinesias foenerator fuit sive τραπεζίτης. Hinc non male Ἑρμῆ λάτρις appellatus. Nam Mercurius mensæ argentariæ præses. Sic Euripides, Πιερίδων λάτρις. Epigram. Anthol. lib. iii. p. 394.

——— Ὡς ἂν ὁ ΛΑΤΡΙΣ
Πιερίδων ναίης ἀγχόθι Πιερίδων.

Deinde restituimus, Γῆα ἔτ' ἄρτια. Vulgò nullo sensu legitur Γήρα. Postremo recte distinximus, Εὐρώτα σε, στέργει. Quod non intellexerunt interpretes. Στέργει, *gaudet*, *contentus est*. Euripides in fragmentis apud Barnes. p. 510.

——— Ζεὺς, εἴτ' Ἀΐδης
Ὀνομαζόμενος ΣΤΕΡΓΕΙΣ ———

Est autem scriptum hoc epigramma in Cinesiam, fœneratorem quendam celebrem, qui membris integris obiit, atque adeo morti, quæ debuit integra omnia persolvit. Hinc χρήστην δίκαιον vocat Poeta. Hæc est mens hujus epigrammatis, quod omnes interpretes fefellit. Huc facit Libanius Epist. 644. Δεήσει με ΧΡΗΣΤΗΝ ὄντα περινοστεῖν, ἀδυνατοῦντα ΤΟ ΧΡΕΩΣ ΕΚΤΙΣΑΙ. *Circumvagari me oportet, instar debitoris qui solvendo non est.* Dum hæc scribo, commodum se offert Furius Bibaculus apud

apud Suetonium de Illuſt. Gramm. cap. xi: quem hic in tranſitu emendabo. Nam viri doctiſſimi, qui ad locum commentati ſunt, operam luſerunt:

Catonis modo, Galle, Tuſculanum
Tota creditor urbe ventitabat.
Mirati ſumus unicum magiſtrum,
Summum grammaticum, optimum poetam,
Omnes ſolvere poſſe quaeſtiones,
Unum DEFICERE *expedire nomen.*
En cor Zenodoti, en jecur Cratetis.

Ita ſine dubio ſcribendus eſt iſte locus. *Deficere* eſt *non poſſe.* Ἀδυνατεῖν vocat ſupra Libanius. Suetonius in Auguſto. *Neque apud milites locutus eſt unquam niſi meditata et compoſita oratione: quamvis non* deficeret *ad ſubita, extemporali facultate.*

Σύμπαν· ὃ λέγομεν κόσμον. Τὸ σύμπαν τόδε.] Ita locutus eſt Agathias lib. ii. p. 64. Καὶ οἱ ΤΟΔΕ ΤΟ ΣΥΜΠΑΝ ἀτελεύτητον ἔσαι. Item Orpheus Hymn. 10.

Πᾶνα καλῶ κρατερὸν θεὸν, ΚΟΣΜΟΙΟ ΤΟ ΣΥΜΠΑΝ.

Verſus laborat. Repono, ni fallor, certiſſime:

Πᾶνα καλῶ ΚΕΡΟΕΝΤΑ ΘΕΟΝ ———

Antipater in Epigram. Anthol. lib. iv. p. 506.

Μάξιμος

Μάρτυς ὁ Μαινάλιος ΚΕΡΟΕΙΣ ΘΕΟΣ ——

Συμπαραινέσας ἔχω· ἀντὶ τοῦ, παρήνεσα.] Scribendum, ἀντὶ τοῦ, συμπαρήνεσα. Aristoph. Av. ver. 853.

Ὁμορροθῶ, σωθέλω,
Συμπαραινέσας ἔχω.

Ubi Schol. Ἀνὶ τοῦ, συμπαρήνησα. Huc respexit Suidas. Restituenda obiter hæc locutio Herodoto i. 120. Καὶ γὰρ δορυφόρους, καὶ θυρωροὺς, καὶ ἀγγελιηφόρους, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ΔΙΑΤΑΞΑΣ ΕΙΧΕ. Ita recte MS Archiepisc. non ἦρχε. *Ille autem omnia, quæ fiunt a justis regibus, hic perfecit. Nam et satellites, et janitores, et internuncios, et reliqua omnia, quæ ad regnum pertinent, instituit.* Haud aliter Herodotus infra ii. 52. Θεοὺς δὲ προσωνόμασάν Ζφιας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι κόσμῳ ΘΕΝΤΕΣ τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς ΕΙΧΟΝ.

Συμφέρεται. δοτικῇ. Συμμίγνυται. Συναναχέραται. Συμμαίνεται.] Legendum vel ex ordine literarum, ΣΥΜΦΥΡΕΤΑΙ. Συμμίγνυται. Hesych. φύρει, μολύνει, μιγνύει. Φύρεσθαι, μίγνυσθαι. Idem: ΣΥΝΕΦΥΡΟΝΤΟ, Συνεμολύνοντο. Schol. ad Pindar. Nem. i. p. 340. Τὴν κόμην αὐτῶν τὴν φαιδίμην ΣΥΜΦΥΡΗΣΕΣΘΑΙ ΤΗι ΓΗι Συμβήσεται. Corrigendus hac occasione Agathias lib. iv. p. 134. Πεφύκασι πρὸς τἀναντία πολλάκις ΣΥΜΦΥ-

Digitized by Google

ΡΕΣΘΑΙ πῖς ἀνθρώποις αἱ τῶν δοκηθέντων ἐκβάσεις. Scribendum, πρὸς τἀναντία ΣΥΜΦΕΡΕΣΘΑΙ. *Solent nonnunquam res hominibus, ei quod animo destinarant, in contrarium ferri.* Sed hæc verba sæpius confunduntur. Quod docti notabunt.

Συμψῆσαι. Συντρίψαι. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.

Εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνισαμένους Συμψῆσαι, καὶ προνοῆσαι

Εἰδωλον πῖσιν ἑρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν γε.]

Hi versus leguntur apud Aristoph. Nub. ver. 971. Posterior autem laborat, atque ita certo certius sublevandus est:

Εἰδωλον τοῖσιν ἑρασταῖσιν τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν.

Cæterum verbum Συμψῆσαι usurpat Eupolis apud Suid. v. Ἀργυρεῖος.

Ἐγὼ δὲ Συμψήσασα τἀργύριδιον.

Σιωδέτας· Συνδεδεμένους.

Κακὼς γὰρ εἶχον τῆς λογισμοὺς Συνδέτας,
Μορφῶν τὸ κάλλος τῆ σοφῆ γεωργίᾳ]

"Fragmentum hoc, quod ex Mythographo "quodam depromptum esse puto, propter "brevitatem est admodum obscurum." *Kusterus.* Interpres ita vertit, *Formans pulchritudinem sapientis segetis.* in quo ridiculus est. Scribendum, τῆ Σοφῆ Γεωργίᾳ. *sapientis Georgii.*

Sunt

Sunt autem hi verſus Georgii Piſidæ. Quod ex ſtilo manifeſtum eſt. Dicit autem poeta ſe plus ſatis in corpore ſuo formando et expoliendo occupatum fuiſſe. Qui mos noſtrorum hominum eſt.

Συνδιοίξεις. Συνδιάξεις. Συμβιώσεις. Καὶ Συνδιοίσεις τὰ παρόντα αὖπω.] Depromptus eſt hic locus ex Syneſio Epiſt. 118.

Συνεσπειράμβοι. συγκεκλεισμβόι εἰς ϛενότητα. Συνεσπειράμβοι ἀμωύεαζ οὐκ ἠδωάνλο, ὅτε τοξόυειν αὐτοῖς εὐπετὲς ὑπῆρχε, τῷ μηδὲ χώραν εἶναι τοῖς βέλεσι.] Hæc male diſtincta ſunt. Scribendum: Συνεσπειράμβοι. Συγκεκλεισμβόι. Εἰς ϛενότητα συνεσπειράμβοι ἀμωύεαζ οὐκ ἠδωάνλο. Ita enim legitur apud Agathiam, lib. v. p. 159. unde hoc fragmentum deſcripſit Suidas.

Συνδυέτης· σύγκοιλος· Συνεύνιον· Σύγκοιτον.] Scribendum, Σωύνυον, Σύγκοιλον. Reſpexit Suidas ad Sophocl. Aj. ver. 1319.

Ἴσχει ΣΥΝΕΥΝΟΝ μητέρ' ——————

Philodemus in Epigram. apud Reiſk. Miſcell. Lipſ. vol. ix. p. 137.

Καὶ νυκλὸς μεσάτης τὸν ἐμὸν κλέπλυσα ΣΥΝΕΥΝΟΝ
Ἦλθον, ἢ ϖυκινῇ τεγομένη ψεκάδι.
Τἄνεκ' ἐν ἀπρήκλοισι καθήμεθα, κὐχὶ λαλεῦνλες
Ἐυδομεν, ὡς εὕδειν τοῖς φιλέυσι θέμις.

Digitized by Google

Ita ſcribendum iſtud epigramma. quo dicit puella ſe media de nocte ad Philodemum clam marito veniſſe, ſed ita frigore et pluvia defatigatam, ut nihil agerent. Quod ἐν ἀπρήκτοις καθῆσθαι eleganter vocat Philodemus. Hæc eſt mens poetæ, quam minus percepit cl. editor. Haud aliter Phryne apud Laertium in Xenocrate. Καὶ τέλος πολλὰ σκιπαρθῦσα, ΑΠΡΑΚΤΟΣ ἀναστῆναι. Quod imprimis notandum.

Συμοῖσον. συμφέρον. Ἐν ὑμῖν τε κείσθω προλιμῆσαι τὸ συμοῖσον, καὶ τὰ εἰρηναῖα πρὸ τῦ πολέμυ ἑλέσθαι.] Hæc ſunt verba Menandri in excerptis Hoeſchelii, p. 91.

Συμοῖσον. συμφέρον. ——— καὶ αὖθις· Αὐτός τε γὰρ τῷ ἀπιβόλῳ τῆς φύσεως ἐγίνωσκε τὸ συμοῖσον ὑσχωτάλα.] Agathias, lib. v. p. 162. Αὐτός τε γὰρ ΟΙΚΟΘΕΝ τῷ ἀπιβόλῳ τῆς φύσεως ὑσχωτάλα ΔΙΕΓΙΝΩΣΚΕ τὸ συμοῖσον. Quæ haud paulo elegantiora ſunt. Sed ſic ſolet noſter Suidas.

Σύρφαξ. συρφελώδης. σκληώδης. Ἐξῆρε δὲ αὐτὸν πλείω πρὸς ταύτην μαίνεσθαι δόξαν, τὸ ὑπὸ δήμυ σύρφακος ἐν ὈΦημίαις ἀναπαλαῖσθαι Πύρρον. ——— Οὐ γὰρ ἥρωας ἔβαλλεν, ὡς Πύρρος ὁ Ἀχιλλέως, ἀλλὰ γυναικομανὴς ἦν, ὡς Πάρις.] "Hæc ſunt verba "ſcriptoris anonymi de Harmato, ut diſci-"mus ex ipſo Suida ſupra v. Ἁρμάτος, ubi "locus hic auctior legitur. Scribendum au-"tem

"tem, ὁ Ἀχιλλέως, i. e. *Achillis filius.*" *Kuster.* Apud Suidam v. Ἁρμάτ@, legitur: Οὐ γὰρ ἥρωας ἔβαλλεν ὡς Πύρρ@, ἀλλὰ γυναιμανὴς ἦν ὡς Πάρις. Quod omnino rectum. Cæterum hunc locum, qui in elegantissimis est, Henricus Valesius in notis ad Evagrium, Damascii esse putat in vita Isidori. Ego Candido historico adsignaverim, cujus excerpta leguntur apud Photium. Quod, ut alia taceam, ex stilo verosimile est. Sed hoc est hariolari. illud vero certissimum, nec Valesium, nec Kusterum, veram hujus scriptoris manum deprehendisse. Locum pulcherrimum adscribam: Ὁ δὲ Ἁρμάτ@ ἔκ τε φορᾶς χρημάτων, καὶ τιμῆς ἀπλέτῳ τυφωθεὶς, ἐδέησε αὐτοῦ ᾤετο διοίσειν ἐπ' ἀνδρείᾳ, καὶ τοσοῦτον αὐτοῦ ἦδε ἡ ἄλη ἐπεκράτει, ὡς σκιὴν ἀναλαμβάνειν Ἀχιλλέως, ἕτω τε ᾠκειοῦσθαι εἰς ἵππον, καὶ καλὰ τὸν ἱππόδρομον φρυάττεσθαι τῷ οἴκῳ. Ἐξῆρε δὲ τοῦτον πρὸς τοιαύτην μανίαν δόξαν τὸ ὑπὸ δήμου σύρφακ@ ἐν εὐφημίαις ἀνακαλεῖσθαι Πύρρον. Hæc non uno malo laborare video. Primum Græci ᾠκειοῦσθαι ἵππον dicunt, non ᾠκειοῦσθαι εἰς ἵππον. Plutarch. in Pyrrho. Καὶ ΠΕΡΙΒΑΝΤΑ ΝΙΣΑΙΟΝ ΙΠΠΟΝ ἠγῆσθαι. Idem in Alexandro. Μικρὰ δὲ ἔτω ῥᾳδιουργήσας καὶ καταψήσας ΤΟΝ ΙΠΠΟΝ, ὡς ἑώρα πληρούμενον θυμοῦ καὶ πνεύματ@, ἀπορρίψας ἡσυχῇ τὴν χλαμύδα, καὶ μετεωρίσας αὐτὸν, ἀσφαλῶς ΠΕΡΙΕΒΗ. Heliodor. Æthiop. lib. ix. p. 432. ΠΕΡΙΒΑΙΝΕΙ ΤΟΝ ΙΠΠΟΝ ἐκ αὐτὸς ἐφαλλόμεν@, ἀλλ' ἑτέρων ἀφ' ὧν τὸ ἄχθ@ ἀναπιθεμένων. Hinc Schol. ad Hom. Odyss. E. 130. Περὶ τρόπ@ βεβαιώσ@. ΠΕΡΙΒΕ-

Digitized by Google

ΒΗΚΟΤΑ ΤΗΝ ΤΡΟΠΙΝ. Deinde verba illa φρυάτ]εσζ τῆ οἴκᾳ corruptiſſima eſſe nemo non videt. Apud Suidam ſupra v. Ἄλη. legitur, φρυάτ]εσζ τῆ ἵππᾳ. quod nihilo ſanius eſt. Æmilius Portus, in hac palæſtra princeps verſatus, legendum putabat, φρυάτ]εσζ τῆ ἵππᾳ τρόπον. Quod Kuſtero non diſplicebat. Equidem nullus dubito, quin ita auctor reliquerit: Καὶ κάλα τὸν ἱππόδρομον ΚΑΤΑΦΡΥΑΤΤΕΣΘΑΙ ΤΟΥ ΟΧΛΟΥ. Quæ elegans et ſignificantiſſima locutio. Κα]αφρυάτ]εσζ τῆ ὄχλᾳ. *ferocius atque inſolentius ſe gerere adverſus populum.* Nimirum Harmatus ita ſe efferebat, ut Achillis habitum indueret, et equo vectus per circum diſcurreret, et hominum capitibus inſultaret. Hic ſenſus loci eſt. Verbum, quod rarius eſt, peropportune agnoſcit Suidas: Κα]αφρυάτ]ομαι· γενικῆ. Atque hinc obiter explicandus inſignis locus Achillis Tatii in Eroticis lib. viii. p. 495. in quo fruſtra ſudavit magnus Salmaſius. Ἔπει]α κἀν τοῖς γυμνασίοις ἐωρῶμ]ν, πῶς τὸ σῶμα ὑπηλείφετο, κ᾽ πῶς πα]ῆκ]ρον ΠΕΡΙΕΒΑΙΝΕΝ, κ᾽ τὰς μ]ὰ νεανίσκας οἷς προσεπάλαιεν, πρὸς τὰς ἀνδρειο]έρας. μάλισα συμπλεκόμ]ν@. Idem τὸ πα]ῆκ]ρον περιβαίνειν, et τὸν κάλαμον περιβαίνειν. Plutarch. in Ageſilao. Καὶ πρὸ ἐκείνᾳ λέγουσιν, ὅτι μικροῖς τοῖς παιδίοις ἔσι, ΚΑΛΑΜΟΝ ΠΕΡΙΒΕΒΗΚΩΣ ὥσπερ ἵππον, οἷκοι ζωέπαιζεν. Ælian. Var. Hiſt. xii. 15. Ἀγησί]α@ ὃ ΚΑΛΑΜΟΝ ΠΕΡΙΒΑΣ ἵππευε μ]ὰ τῆ ὑ᾽ῆ παιδὸς ὄν]@. Idem de Socrate narrat Valer. Maxim. viii. 8. Horatius:

Ludere

Digitized by Google

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Notanda autem verba Tatii, καὶ πηλήκιον περιέβαινεν. in quibus festiva ἀμφιβολία est. Nam πηλήκιον est *arundo*. Angl. *a rod*. Est et πηλίκιον *ea pars viri sine qua non*. Hinc jocus de adolescente qui equitabat, et inequitabatur scilicet. Hæc mens Achillis est, quam nemo interpretum intellexit. Cæterum idem est Περιβαίνειν et Περιβάδην καθῆσθαι. Nos Angli, *to ride astride*. Achilles Tatius in Erot. p. 7. Ἡ παρθένος μέσοις ἐπεκάθητο τοῖς νώτοις τοῦ βοὸς, οὐ ΠΕΡΙΒΑΔΗΝ, ἀλλὰ κατ' ὀλισθάνον. Qui locus elegans est.

Σύστασις. καὶ Συστᾶναι. ὁμοδίαιτον καὶ φίλον γενέσθαι. Ἐλθόντα δι' ἀπορίαν ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δὲ Ἀριστίππου συσταθῆναι.] Legitur hic locus apud Laertium in Æschine. Legitur etiam totidem verbis in Platone. Ita autem se res habet: Φασὶ δὲ αὐτὸν δι' ἀπορίαν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον, καὶ ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δὲ Ἀριστίππου συσταθῆναι. *Aiunt vero Æschinem inopia adactum, venisse in Siciliam ad Dionysium, atque a Platone despectum, ab Aristippo fuisse illi commendatum.* Notandus autem Suidas: Συσταθῆναι. ὁμοδίαιτον καὶ φίλον γενέσθαι. Quæ interpretatio nulla est. Putabam aliquando nostrum lexicographum, ut est caput festivum, binas voces confudisse, Συσταθῆναι et Συνεστιαθῆναι. Quod et alibi non

Digitized by Google

ſemel feciſſe comperi. Sed jam intellexiſſe videor, quid homo voluerit. Nempe Ariſtippus ita commendabat Æſchinem, ut dignum ſcilicet, qui in contubernium atque amicitiam Dionyſii admitteretur. Quod unice verum, et ad mentem Suidæ adcommodatum.

Συφεός. τίπος ἴπποι οἱ σύες τρέφονται. λέγεται ἢ ἐκ συφεών. Ἀγαθίας. Εἰ μὴ καταγέλαστον εἰπεῖν, ὥσπερ ἐν συφεῶσι καὶ μάνδραις τὰ τῶν Ῥωμαίων μεμενήκει στρατόπεδα. *Niſi ridiculum ſit dictu, Romanorum legiones in ſuilibus & ovilibus ſtationem habuiſſe.*] Hic locus negligenter admodum deſcriptus eſt à compilatore noſtro. Neque ſane Kuſterus Agathiæ librum, ex quo hæc deprompta ſunt, inſpexiſſe videtur. Ita autem legitur apud Agathiam lib. v. p. 152. ed. Vulc. Ἀλλὰ μήτε κυνῶν ὑλακὴν ἀκούειν, εἰ μὴ λίαν καταγέλαστον εἰπεῖν, ὡς γὲν ἐν συφεῶσι καὶ μάνδραις. τὰ γὰρ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα ἐπισταμένοις, ὁπόσα τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τῶν παλαι βασιλέων ἐξήρηται, ἐς ἐλαχίστην δέ τινα μοῖραν περιελθόντα, ὥστε ἔτι τῷ μεγέθει τῆς πολιτείας ἐξήρκειν. *Quinetiam ne canum quidem latratus audiebatur, niſi quod ridiculum dictu eſt, in ſuilibus aut ovilibus. Romanorum enim exercitus non tanti, atque olim ſub veteribus imperatoribus fuerant, permanſerunt; ſed ad minimam quandam portionem redacti, non amplius magnitudini imperii pares erant.* Ad hunc locum reſpexit Suidas, ſed

ſed ita ut Agathiam male repræſentaverit, et rem totam peſſundederit.

Συχναῖς. σωνεχέσι. ἢ Συχνὴν ὐσίαν, τὴν πολλήν.] Ariſtoph. Plut. ver. 754.

Ὅσοι δ' ἐπλούτουν, ΟΥΣΙΑΝ τ' εἶχον ΣΥΧΝΗΝ.

Ad hunc locum reſpexit Suidas.

Σφαῖρα —— ἢ σφαῖραν ἀείβολον. τὴν ἀεὶ βαλλομένην.] Hoc fragmentum eſt pars epigrammatis, quod legitur apud Reiſk. in Anthol. p. 45. Carmen ipſum, quod Theodori eſt, ſubjiciam:

Σοὶ τὸν πιληθέντα δι' ὀξάλμα τριχὸς ἄμυδις,
Ἑρμᾶ, Καλλίελης ἐκρέμασεν πίτασον,
Καὶ δίβολον περόναν, ἢ στλεγγίδα, ἢ τὸ ταυυθὲν
Τόξον, ἢ τριβάκην γλωσσοπότιν χλαμύδα,
Καὶ χίζας, ἢ ΣΦΑΙΡΑΝ ΑΕΙΒΟΛΟΝ. ἀλλὰ σὺ δέξαι
Δῶρα ΦΙΛΕΥΤΕΥΚΤΟΥ, δαῖμον, ἐφημοσύνας.

Ita ſcribendum iſtud epigramma, quod cl. editorem torſit. Hexameter ſecundus exſtat apud Suidam v. Περόνη. In verſu poſtremo MS. φιλοδόξαλμα. Nos eleganter emendavimus. Φιλεύτευκτος ἐφημοσύνη eſt *jaculatio quæ a ſcopo aberrare non ſolet.* Heſych. Ἡμοσύνη, βλῆσις, ἀκόντισις. Cæterum huc egregie facit Ariſtophanes ἐν γήρᾳ apud Suidam v. Στλεγγίς.

Digitized by Google

Εἰ παιδαρίοις ἀκολυθεῖν δεῖ, ΣΦΑΙΡΑΝ ΚΑΙ ΣΤΛΕΓΓΙΔ' ἔχοντα.

Σφαῖρα. ——— Τὴν δὲ σφαιρικὴν ἔπαιζεν Ἀριστόνικος ὁ Καρύστιος, ὁ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως συσφαιριστής.] Ita locutus est Athenæus, lib. i. p. 14. Διαβόητοι δὲ ἦσαν ΣΦΑΙΡΙΚΗι Δημοστένης ὁ Θεόγνιδος καὶ Χίος σοφιστὴς ἀδελφὸς, καί τις Χαιρεφάνης. Perperam uterque. Aliud est σφαιρικὴ, aliud σφαιριστική. Quæ vox utrique redonanda est. Athenæus infra: Πολὺ δὲ τὸ σωτικὸν καὶ καμπτηρὸν τῆς ψυχῆς ΤΗΝ ΣΦΑΙΡΙΣΤΙΚΗΝ ἀμείλλης. Confer nostrum v. Ἀρχησις et v. Χορείαν. ubi recte legitur, τὴν δὲ ΣΦΑΙΡΙΣΤΙΚΗΝ ἔπαιζεν. Ludi ejus meminit Philosophus in Rhetor. i. 11. Ἐπεὶ δὲ τὸ νικᾶν ἡδὺ, ἀνάγκη καὶ τὰς παιδιὰς ἡδείας εἶναι, τὰς μαχητικὰς, καὶ τὰς αὐλητικὰς, καὶ ἐριστικὰς, (lege καὶ ΚΙΘΑΡΙΣΤΙΚΑΣ) καὶ ἀστραγαλίσεις, καὶ ΣΦΑΙΡΙΣΕΙΣ. Ita legendus et distinguendus est iste locus. de quo non est quod dubitent viri eruditi.

Σφεδανῶν. σεβρῶν. ἰσχυρῶν.

——— Ὄμμα δ' ἐλίξας
Βρυχᾶτο σφεδανῶν ἄμβεμον ἐκ γενύων.]

Vulgo inepte legitur, *Gallicus miles.* Nos recte emendavimus. Eleganter autem Propertius, *Garrulus miles.* quippe qui *lingua,* non *manu* militaret. Quod de Nestore verum est. Plutarch. de Garrul. p. 513. Οἱ τραῦλιστικοὶ πολέμων εἰσὶ διηγηματικοὶ, καὶ ΤΟΝ ΝΕΣΤΟΡΑ ὁ ποιητὴς τοιοῦτον εἰσάγει, τὰς αὐτοῦ πολλάκις ἀριστείας καὶ πράξεις διηγούμενον. *Bellicosi multi sunt in bellis narrandis: talemque facit Homerus Nestorem, sæpenumero præclara sua recensentem facinora.*

Τριετηρίδες. ἡμέραι παρὰ Βιθυνοῖς, ἐν αἷς ἀφ' ἡμέρας ποτοὶ συνεχεῖς ἐγίνοντο.] Bacchi Trieterides satis notæ. Meminit præter alios Aristodicus in Epigram. apud Reisk. p. 138.

Δαμοῖ δ' Μάθυμνα τ' ἐν ΤΡΙΕΤΗΡΙΣΙΝ ἥρω
Εὐφρονα λυσατάν ὡς ἐπύθοντο νέκυν,
Ζωὰν δρνήσαντο, τανυπλεκτων δ' ἀπὸ μιτρᾶν
Χερσὶ ΔΕΡΑΙΟΥΚΟΥΣ ἐκρεμάσαντο βρόχους.

Ita

Digitized by Google

Ita ſcribendum, non δειπνέχυς. *Orgia trieterica* vocat Virgilius. Per hoc feſtum Bithyni vino epulisque vacabant, idque ἀφ' ἡμέρας. Scribendum putat Cl. Kuſterus, ἐφ' ἡμέρας. Sed fallitur vir doctiſſimus. Senſus ſcriptoris eſt: *Bithynos per totum diem, from morning to night, poculis indulgere.* Quod ἀφ' ἡμέρας πίνειν vocant Græci. Polybius, l. viii. p. 741. Ὁ Γαϊος ἀνεπαύετο μεθύων, ὡς εἰκὸς ἐστὶ τὰς ΑΦ' ΗΜΕΡΑΣ πίνοντας. Idem p. 740. Τῶν δὲ ταχέως ἐξανασάντων ἀφ' τὸ γεγονέναι τὸ πότον ΑΦ' ΗΜΕΡΑΣ. Schol. ad Ariſtoph. Pac. ver. 1094. Καὶ κωθωνίσαι, μεθύσαι. ὡς τὸ· Ἑρῶν καὶ κωθωνιζόμενος ΑΦ' ΗΜΕΡΑΣ. Quæ verba ſunt Polybii in Excerptis Valeſii, p. 117. Ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν ἦγε τὸν βίον, προορώμενος οὐδὲν τῶν μελλόντων, ΕΡΩΝ ΔΕ ΚΑΙ ΚΩΘΩΝΙΖΟΜΕΝΟΣ ΑΦ' ΗΜΕΡΑΣ, καὶ τοῖς ἀκροάμασι τὰς ἀκοὰς ἀνατεθεικώς. Latini, *de die convivari.* Terent. Adelph. V. 9.

——— *Obſonare cum fide,*
Scortum adducere, apparare DE DIE *convivium.*

Catullus Carm. 48.

Vos convivia lauta ſumptuoſe
DE DIE *facitis.* ———

Ad quem locum conſulendi interpretes.

Τέγλις. εἶδος ἰχθύος. ——— ἐν Ἐπιγράμματι·
Τέγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς Ϛ Φυκίδα σοι λιμνῆτιν,
Ἄρτεμι δωρεῦμαι Θῆρις ὁ δικτυβόλος.]

Digitized by Google

Ita quoque Suidas supra v. Λιμφῆτιν. Sed vera lectio est Λιμφῖτιν. Quomodo recte legitur apud Anthol. lib. vi. p. 550. Leonides in Epigrammate.

Ταυτ' ὁ Πρίηπος ἐγὼ Πτελέαθεμοι ὁ ΛΙΜΕΝΙΤΗΣ.

Damascius apud Photium in Excerptis p. 1060. Τί τοῦτο, ἔφη, ποιεῖς, ἄνθρωπε; ἀλώσῃ ὑπὸ τῶν ΛΙΜΕΝΙΤΩΝ φυλακήρων. Notandum autem illud, Τρίγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς. quæ locutio restituenda Euripidi in Cyclop. ver. 357.

Εὐρείας φάρυγος, ὦ Κύκλωψ
Ἀναξόμεθ' τὸ χεῖλος, ὡς ἕτοιμά σοι
Ἑφθὰ κἀ ὀπτά, κἀ ἀνθρακιᾶς ὑποχναύειν.

Emendabat Josephus Scaliger, καὶ' ἀνθρακιᾶς. quod nihilo melius est. Tu, si sapis, scribe mecum:

——— ὡς ἕτοιμά σοι
Ἑφθὰ κἀ ὀπτὰ, κἀ ἀνθρακιᾶς ἄπο χναύειν.

id est, χναύειν ἀπ' ἀνθρακιᾶς. Quod omnino verum. Hesychius: Χναύματα βρώματα, καὶ τὰ τῶν κρεῶν ΑΠΑΝΘΡΑΚΙΣΜΑΤΑ. Quin et eadem opera restituendus Philemo Comicus apud Athenæum lib. vii. p. 288, cujus locum, quia satis festivus est, hic emendatum adscribam. Est autem ex fabula Στρατιώτης inscripta. ubi coquus ita loquitur.

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν ἡδύ γ' ἐς' ἀνημερεῖν
Ἐν ἅπασιν· ἰχθὺν ΑΦ' ΑΛΟΣ οἷος γέγονέ μοι,
Τοῖον

Τῶν καθχατέθεικ', ὁ πεφαρμακωμένων
Τυρροῖσιν, ἠδ' ἄνωθεν ἐξηνθισμένον.

Ita ſcribendus videtur iſte locus. in ſecundo verſiculo vulgo legitur, ἰχθὺς ἀπαλός. quod putidum eſt, et nullius ſalis. Nos recte ſcripſimus, ἀφ' ἁλός. *as it came out of the water.* Quod elegans et κωμικώτερον eſt. Cæterum τρίγλαν ſive *piſcem mullum* Dianæ ſolenniter offerebant piſcatores. Nauſicrates Comicus apud Athenæum lib. vii. p. 325.

A. —— Μετ' αὐτῶν δ' εἰσὶν ἀκπρεπεῖς φύσιν
Αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς
Πατῶν ἀείρας ΕΝΤΟΠΟΥΣ παιδεύει.
Αἷς δ' θεὰν τιμῶσι ΦΩΣΦΟΡΟΝ ΚΟΡΗΝ,
Δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ΝΑΥΤΙΛΟΙ
B. ΤΡΙΓΛΑΣ λέγεις. ——

Ita ſcribendus iſte locus. Ἐντόπους παιδεύει, *indigenas alit.* Interpretes minus ceperunt. Phurnutus de Nat. Deor. p. 232. Καθιέρωσαν ἧς χ ΤΡΙΓΛΑΝ αὐτῇ (Ἀρτέμιδι) ἀφ' τὄνομα. *Dianæ autem τρίγλαν nominis ratione ducti dedicarunt.* Quo reſpexiſſe videtur Phurnutus ad Dianam ΤΡΙΓΛΗΝΟΝ ſive τρίμορφον appellatam. Athenæus lib. vii. p. 325. Τῇ δ' Ἑκάτῃ ἀποδίδου Η ΤΡΙΓΛΗ ἀφ' τ δ ὀνομασίας κοινότητα. Τερωδίτις δ χ ΤΡΙΓΛΗΝΟΣ. Tergeminam vocant Latini. Virgil. Æn. iv. 511.

Tergeminamque Hecaten, TRIA VIRGINIS ORA DIANÆ.

Ea

Digitized by Google

Ea quippe erat vis et potestas hujus deæ, ut non modo apud superos, sed apud inferos etiam magna haberetur. Hinc μεγάλη θεὸς dicta. Hesychius, Μεγάλη θεὸς, Ἀριστοφάνης ἔφη τὴν Βένδιν. Θρᾳκία γὰρ ἡ θεὸς. Idem. Βένδις, Η ΑΡΤΕΜΙΣ. Θρᾳκισί. παρὰ οἷς Ἀθηναίοις ἑορτὴ Βενδίδεια. Ejus festi præter alios bene multos, de quibus consulendus Cl. Meursius, meminit Plato de Repub. lib. i. Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος προσευξόμενός τε τῇ θεῷ, καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν (Βενδίδεια) βουλόμενος θεᾶσασθαι τίνα τρόπον ποιήσουσιν, ἅτε καὶ νυῦν πρῶτον ἄγοντες. Quo respexit Origenes cont. Celsum lib. vi. p. 277. Ἀλλ' οἱ τοιοῦτα περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ γράψαντες καταβαίνουσιν εἰς Πειραιέα, προσευξόμενοι ὡς θεῷ ΤΗι ΑΡΤΕΜΙΔΙ, καὶ ὀψόμενοι τὴν ὑπὸ Ἰουδαίων ἐπιτελουμένην πανήγυριν. Quid? Judæi Βενδίδεια celebrabant. Nugæ. Scribendum proculdubio: τὴν ὑπὸ ΙΑΔΩΝ ἐπιτελουμένην πανήγυριν. Veteres Athenienses Ἴωνες dicebantur. Hinc Atticas mulieres, quæ Dianæ faciebant, non sine risu et contemptu, ΙΑΔΑΣ vocat Origenes. *an assembly of old women*. Plutarchus in Pericle. Φασὶ δ' αὐτὴν θαργηλίαν τινὰ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ ΙΑΔΩΝ ζηλώσασαν ἐπιθέσθαι τοῖς δυνατωτάτοις ἀνδράσι. Vir quidem doctissimus, et in hisce literis exercitatissimus, legendum censebat, τὴν τῶν Βενδιδείων ἐπιτελουμένην πανήγυριν. Sed nostra emendatio verissima est. Inter omnes autem longe eminebat Diana Ephesina, sive Epheso culta.

——*Hic illius arma,*
Hic currus fuit.——

Nota

Digitized by Google

Nota vox Demetrii ἀργυροκόπου, apud Lucam in Actis Apoſt. xix. 28. ΜΕΓΑΛΗ Η ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΩΝ. Locus eſt illuſtris, et dignus non uno nomine, qui hic adſcribatur. Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι, ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην· Οὓς συναθροίσας, καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας εἶπεν· Ἄνδρες, ἐπίστασθε ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι. Καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΘΕΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι τιμὴ μεγαλειότητος αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται. Ἀκούσαντες δὲ καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, ἔκραζον, λέγοντες· ΜΕΓΑΛΗ Η ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΩΝ. Hunc locum omnes legunt relegunteque. Sed omnes fugit craſſiſſimus ſolœciſmus. Τοῦτο τὸ μέρος κινδυνεύει —— μέλλειν τε καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα. Quod miror non animadverſiſſe editores. MS. Alexand. Μέλλει —— τῆς μεγαλειότητος. Omnino recte. Repono, ut mihi quidem videtur, certiſſime: Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι. ΜΕΛΛΕΙ ΔΕ καὶ καθαιρεῖσθαι ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΕΙΟΤΗΤΟΣ ΑΥΤΗ, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται. *Non ſolum periclitatur hæc pars opificii noſtri ad nihilum reduci, ſed et*

Digitized by Google

templum magnæ Dianæ flocci haberi. Quin et futurum, ut ipsa deâ majestate sua exuatur, quam non modo Asia, sed et reliqua pars mundi colit et veneratur. Quæ mollissima atque elegantissima oratio. Nimirum nostros editores fefellit locutio paulo rarior, καθαιρεῖσθαι τὸ μεγαλειότητος. Ita autem locutus est nescio quis apud Suidam, v. Παλγίκιος. Διὸ καὶ ΚΑΘΗΙΡΗΘΗ ὁ Πραιπόσιτος ΤΗΣ ΤΙΜΗΣ, καὶ ἐξημοσιώθη, καὶ ἐν τοῖς ἱερεῦσι κατεστάγη. Item Olympiodorus in Excerptis apud Photium, p. 181. Καὶ μὴ πειθόμενος Ἄτταλος Ἀλαρίχῳ ΚΑΘΑΙΡΕΙΤΑΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ. *Deinde Alarico minus obsecutus Attalus imperio dejicitur.* Nihil verius hac emendatione. Recte autem Demetrius, Τοῦτο τὸ μέρος. *this part of our business. this branch of our trade.* Interpretes non intellexerunt. Polybius, lib. xvii. p. 1038. Ἦν γὰρ εὐθικτος, ἐπὶ τοῦτο ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΜΕΡΟΣ εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπους. *Erat enim dicax, et ad hoc egregie natura factus, ad homines scilicet subsannandos.* Quod haud absimile est.

Τελκηρυσία. Αἰλιανός. Καὶ τὸ τῷ Μενάνδρῳ, ἵνα τι ἐπαίσω, Τελκηρυσία βασίλισσα, καὶ αὕτη δέσποινα εἶναι ξ Πόντῳ ἐθέλουσα.] Locus Æliani nonnihil auctior legitur supra, v. Παίσωμεν. Quænam fit autem Τελκηρυσία βασίλισσα sive βασίλινναι, parum intellexere Interpretes. Est autem Τελκόρυθος pagus Atticus, cœnosus et palustris, ranis, culicibus, atque id genus aliis refertus. Hinc Τελκηρυσία ἰμπις Aristophani in Lysist. ver.

Digitized by Google

ver. 1031. Ubi recte Schol. Ἐσι δὲ ἀλαζὼν ἡ καθυγρὸς ὁ πάτος. Quin et Τελεφούσιοι infimæ sortis homines et male audiebant. Quod ex Scholiasta notum. Quare per Τελεφουσίαν βασιλίσσαν nihil aliud intelligendum quam *Reginam mendicabulorum. the queen of the beggars.* Quod festivum et κωμικώτατον est.

Τέλπος. Ἡ τέλπος ἡ γυνή.] Hæc sunt verba Homeri, Il. X. 164.

Ἡ τέλπος ἡ γυνὴ ἀνδρὸς καταθνητῶτος.

Τελάλαντον. Βάρος τελῶν ταλάντων. Τελάλαντον βάρος δεινότατ' ἀπειλῆσας ἐπῶν.] Aristoph. Lysist. 335.

Ἥκουσα δὲ τυφογέροντας
Ἀνδρας ἔρρειν σελίχη
Φέροντας, ὥσπερ βαλανιδίσκους
Ἐς πόλιν, ὡς τελάλαντον βάρος
Δεινότατ' ἀπειλῆσας ἐπῶν.

Hinc Suidas notam suam deprompsit.

Τροπίας οἶνος. ὁ τελεσμιδρὸς καὶ ἐξεσηκώς. καὶ Ἐλεροπίας. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι·

Τάχιων τὸ πότον καὶ μὴ τροπίαν οἶνον φέρε.]

Aristophanis versiculus nonnihil corruptus est. Photius in Lex. MS. Ταχὺ τῷ πότῳ. Quod

Digitized by Google

et placet viris eruditis. Sed perperam et nulla elegantia. Scribendum utique:

ΤΑΧΥΝΟΝ, ΠΕΤΟΥ, καὶ μὴ τροπίαν οἶνον φέρε.

Festina, vola, et vinum non vapidum affer.

Verba sunt heri ad servum. Verbum autem ταχύνειν usurpat Aristoph. Eccl. ver. 578.

Ὡς τὴ ΤΑΧΥΝΕΙΝ χαρίτων μεθέξῃ ΠΛΕΙΣΤΩΝ ὧδε τοῖσι θεαταῖς.

Ita legendus iste locus. Vulgo πλεῖσον. Lucian. in Amoribus. Ὥσπερ ὁ ἱερὸς εἶπεν ἀνὴρ, ΠΛΕΙΣΤΩΝ ἀψάμενος ΧΑΡΙΤΩΝ. Atque hinc vindicandus Menander apud Cler. p. 234. quem male sollicitavit cl. Bentleius:

Οὐκ ἐν γυναικὶ φύεται ΠΛΕΙΣΤΗ ΧΑΡΙΣ.

Lucian. in Timon. Ἀλλά σοὶ μέν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῷ Διὶ ΠΛΕΙΣΤΗ ΧΑΡΙΣ ἡ ἐπιμελείας. Cæterum de *vino* τροπίᾳ consule cl. Pierson. ad Mœrin, p. 373. Recte autem Suidas ἐξεστηκότα exponit. Οἶνον παρεξεστηκότα vocat Lycophro in Menedemo apud Athenæum, lib. x. p. 420. cujus elegantissimos versus hic adscribendos esse duxi:

——— Ἀλλὰ καὶ κυλίχνιον
Ὑδατρὲς ὁ παῖς ἔκλιγε τὸ πενθοβόλε
Ἀτρέμα ΠΑΡΕΞΕΣΤΗΚΟΤΟΣ, ἀλίβητε
Καὶ ΔΗΜΟΛΟΙΧΟΣ ἐπεχέρδε δαψιλὴς
Θέρμῳ πεινήτων καὶ τελκλίνε ζυμπότης.

Ita

Digitized by Google

Ita ſcribendi iſti verſiculi, qui vulgo depravatiſſimi ſunt, et viros doctiſſimos eluſerunt. Θέρμος δημολοιχὸς eſt *lupinus lardo unctus*. Optime expreſſit Horatius:

Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo.

Dicitur autem δημολοιχὸς ut κνιστολοιχός. de quo nos ſupra. Vulgo inepte legitur, δημίνικος. Feſtive verò, τὸ πανδοκεῖον ἀτρέμα παρεξεσηκότος. *Vini viliſſimi et ſubvapidi. five farthings a bottle.* Interpretes hic nihil viderunt. Verbo utitur Ariſtides, vol. i. p. 255. Πάντα γὰρ ἤδη μετὰ τοῦτο τὸ ὕδωρ γίνεται πεπωκόσιν, οἷον εἴ τις μετὰ ἀνθοσμίαν οἶνον ΤΩΝ ΕΞΕΣΤΗΚΟΤΩΝ τινὰ πίνοι. *Qui enim hanc guſtaverint, iis alia jam aqua quævis ſordet, ut ſi quis poſt vinum fragrans* VAPPAM *bibat. Vinum fugiens* vocant Latini. Cicero, Offic. III. 23. *Qui vinum fugiens vendat ſciens, debeatne dicere?* Atque hinc explicandus Nicander Ther. ver. 603. quem nemo interpretum intellexit:

Πῖνε δὲ μιξάμενος κυάθῳ τρὶς ΑΦΥΞΙΜΟΝ OINON.

Ubi Schol. ἀφύξιμον, πρὸς τὸ ἀφύσσειν. Quod ridiculum, et hominis imperitiſſimi eſt. Οἶνος ἀφύξιμος eſt, *vinum non fugiens*. Ariſtophani, οἶνος μὴ τροπίας. Heraclides in Alleg. Homer. p. 456. οἶνον ΑΚΛΙΝΗ vocat. Virgilius *vinum firmum*. Georg. II. 97.

Sunt etiam Ammineæ vites, firmiſſima vina.

Digitized by Google

Τρώκλης. ὁ ἐκ παιδὸς κερδύνων. οἷον ἀποτρώγων.] Homer. Odyss. Ξ. 289.

Δὴ τότε Φοίνιξ ἦλθεν ἀνὴρ, ἀπατήλια εἰδώς,
ΤΡΩΚΤΗΣ ———

Ad hunc locum respexit Suidas. Consulendus autem Eustathius et veteres Grammatici ad Homerum. Hinc Πολυτρώκλης Antiphani in epigrammate venustissimo apud Jensium, p. 310. Carmen integrum, quod misere corruptum est, et viros in hac arte primarios frustra exercuit, hic, in gratiam lectoris eruditi, emendatum subjiciam:

Εἴ τινα μὴ τέρπει λωτὸς ΜΕΛΟΣ, ἢ γλυκὺς ἦχος
Ψαλμῶν, ἢ τερπνῶν νεκταρέος Βρόμιος·
Ἢ σεῦκαι. ΚΩΜΟΙ, στέφανοι, μύρα, λιτὰ δὲ δεῖπνα
ΑΑΘΡΑ ΠΟΛΥΤΡΩΚΤΑΣ χερσὶ τίθησι πόκας.
Οὗτος ἐμοὶ τέθνηκεν· ΑΕΙΝΗΣΤΙΝ ἢ παρέρπω
Νεκρὸν, ἐς ἀλλοτρίας φειδόμενον φάρυγας.

Eleganter poëta πόκας πολυτρώκλας, *usuras edaces*, quas *clanculum* scilicet digitis computabat noster Alfius. Deinde recte et subridicule, νεκρὸν ἀείνησιν, de homine qui genium suum defraudat, et, dum vivit, mortuus est. Quod ex sequentibus patet. Vocem autem νῆσις, ut alios taceam, usurpat Matro ὁ παρῳδὸς apud Athenæum, lib. iv. p. 134.

ΝΗΣΤΙΣ ΑΛΛΟΤΡΙΩΝ εὖ οἶδὼς δειπνοσοφάων.

Cætera

Digitized by Google

Cætera plana et perſpicua ſunt. Confer nos ſupra, ad v. Ἀκρᾶλ.

Τρύμη. ὁ τετρυμμένος ζφόδρα ὁ πεπερονημένος ἐν τοῖς πράγμασι.] "Ariſtoph. Nub. ver. 447.

"Κύρβις, κρόταλον, κίναδος, τρύμη.

"Ad quem locum Scholiaſtes: Τρύμη. ὁ περὶ "τετριμμένος ἐν τοῖς πράγμασι." *Kuſter.* Obſervavimus non ſemel Suidam ſcholiis antiquioribus eſſe uſum, atque iis haud paulo elegantioribus, quam quæ nunc habemus. Quod ex hoc loco manifeſtum eſt. Eleganter Suidas, ὁ τετρυμμένος ſive, τετριμμένος ἢ πεπερονημένος ἐν τοῖς πράγμασι. Nam Τρύμη eſt περόνης, ſive *fibulæ* foramen. Τῷ ὀπῷ exponit Scholiaſtes. Quod non animadvertit Kuſterus. Hinc πεπερονημένος ἐν τοῖς πράγμασι. *Qui negotiis affixus et exercitatus eſt. Button'd to buſineſs.* iſta eſt vis voculæ ἐν. quam minus perſpectam habuerunt viri eruditi. Vide nos infra, ad v. Χοιροκομεῖον. Verbo προσπερονᾶν utitur Xenopho, Exped. Cyr. lib. vii. Καὶ ἄρτοι ζυμῖται μέγαλοι ΠΡΟΣΠΕΠΕΡΟΝΗΜΕΝΟΙ ἦσαν πρὸς τοῖς κρέασι.

Τρυχωθείς. πιεσθείς. ἢ φανερωθείς.] "Sic etiam "Photius in Lexico inedito. At interpretatio "non parum eſt ſuſpecta." *Kuſter.* Fallitur vir doctiſſimus. Recte Suidas, Τρυχωθεὶς,

Digitized by Google

ΦΑΝΕΡΩΘΕΙΣ. Idem τρυχὲν, sive τρύχειν, et τρίβειν. Hesych. Τελβούσες, λειξύλες, ἢ ΦΑΝΕΡΑΝ ποιξύλες. Quare Suidæ interpretatio minime rejicienda est.

Τοῖιν. ἀντὶ Ϝ, ζοὶ, Δωρικῶς. Καὶ πολιὸν λάϊκῶν κεῖραι ὑπὸ κροτάφων τοῖιν. ἀλλ' ἐπένθε.] "Imo "Dorienses τεῖν dicunt pro ζοὶ, non vero τοῖιν. "Quare nota hæc utilis inutilis est. Cæterum "exemplum sequens ex Anthologia Epigram- "matum depromptum est; quamvis locus nunc "non succurrat, *Kuster*. Hoc fragmentum est pars epigrammatis, quod legitur apud Anthol. lib. vi. p. 573. Ipsum carmen apponam:

Ὥριον ἀνθήσαντας ὑπὸ κροτάφοισιν ἰάλους
Κειράμενος, ἡλύων ἄρσενας ἀγλελίας,
Φοίβῳ θῆκε Λύκων πρῶτον γένυς. εὔξαῖο δ' ἅτως
Καὶ πολιὸν λάϊκῶν κεῖραι ὑπὸ κροτάφων.

Quæ sequuntur apud Nostrum, ad tertium distichon pertinent, quod hodie desideratur. Scribendum autem videtur:

Τοῖνδ'. Ἀλλ' ΕΠΙΝΕΥΕ ——

ὑπὸ κροτάφοιν τοῖνδε. *ab hisce temporibus*. Idem τοῖσδε et τῶνδε. Quomodo locutus est Crinagoras in epigrammate gemello apud Reisk. p. 38.

—— Καὶ αὐτίκα ΤΩΝΔ' ἀπ' ἰάλων
Εἰκλείδῃ πολίης ἄχεας ἄγοιτε τριχός.

Verbo

Verbo utitur Homerus, Il. N. 66.

ΤΟΙΙΝ Δ' ἔγνω πρόσθεν Οἰλῆος ταχὺς Αἴας.

Quæ ſequuntur, Ἀλλ' ἀπίνδυε, ſunt verba Lyconis, ſive poëtæ ad Phœbum. Quod in hujusmodi titivilitiis uſitatum eſt.

Τύλα καὶ τύλος —— Πολύβιος· Τῆς πέτρας αὐτοῖς δυσχρησίας παρεχούσης, διὰ τὸ δεῖν τρῆμα ποιεῖν ἐν αὐτῇ τοῖς τύλοις κρατῆσαι τὴν ζύγλην τὴν προσαγομένην.] Locus Polybii alibi non exſtat. Scribendum autem, δυσχρησίαν. Quomodo recte exhibere video editionem Mediolanenſem. Οἱ τύλοι ſunt *fulchra*, ſive *retinacula* ſyringos. Τοὺς ΕΞΕΧΟΝΤΑΣ ἥλους recte interpretatur Photius. Κρατοῦντας vocat Homerus. Cæterum vox Τύλος proprie uſurpatur de *humeris calloſis* ſive *oneri geſtando induratis*. Heſych. Τύλοι, τὰ ἀπὸ τῶν ὤμων τῶν ἀχθοφόρων τυλώματα. Schol. ad Ariſtoph. Acharn. 860. Τύλον ἢ ῥητορικῶς ἔλεγον ΤΟΥ ΩΜΟΥ ΤΟ ΤΕΤΥΛΩΜΕΝΟΝ καὶ πεπιληθύον, καὶ τετυλωμένον· ὅποιον πολλάκις ἀπὸ τῶν ὤμων γίνεται τοῖς ἀχθοφόροις ἐκ τοῦ βαστάζειν τι ζωηχῶς. Ita legendus iſte locus, auctoritate Suidæ. Hinc ὦμοι ἀτύλωτοι Callimacho in Dian. ver. 213.

—— ΑΤΥΛΩΤΟΙ δέ φιν ὦμοι
Δεξιτεροὶ, καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός.

Ita ſcribendus eſt iſte locus. qui omnes criticos eluſit. Vulgo legitur, ἀσύλωτοι. Quod ne

ne Græcum quidem eſt. Nos veram atque elegantem lectionem absque controverſia Callimacho reſtituimus. Ὦμοι ἀτύλωϛοι ſunt *humeri oneris immunes*. Quales Dianæ atque ejus ἁμαθήρων. Notanda autem vox Ἀτύλωτος. quam haud alibi temere reperias.

Τυννωνί. δεπλιπεῖς. ἀντὶ τοῦ μικρόν.] Scribendum, Τυννῆνί. Reſpexit Suidas ad Ariſtoph. Nub. ver. 876.

Εὐθύς γέ τοι παιδάριον ὢν ΤΥΝΝΟΥΤΟΝΙ.

Ut à τοῖος τοιοῦτος, ſic à τυννὸς τυννοῦτος. Qua voce utitur non ſemel Ariſtophanes. Heſych. Τυννὸς, μικρός. Idem, Τυννῆν, τὸ μικρόν. Scribe, ΤΥΝΝΟΥΤΟΝ, μικρόν. Cæterum voce τυννὸς utitur Callimachus apud Apollon. Dyſc. in Excerpt. p. 433. Μῆσαί νιν ἐοῖς ἐπίτυνον ἔθηϰε. Quæ ita reformanda et ſupplenda ſunt:

——Μῆσαί νιν ἐοῖς ἔπι ΤΥΝΝΟΝ ἔθηϰε
Γένασι ——

Theocrit. Idyll. XIII. 53.

Νύμφαι μὲ ζαθέοις ΕΠΙ ΓΟΥΝΑΣΙ κοῦρον ἔχουσαι.

Τύπος. χαρακτήρ. Πρόσειπε τοῦτο πολλὰ παρ' ἐμοῦ. εἰ δὲ προλαβὼν Ἀριστείδου Ἑρμῆ λογίῳ τύπον εἰς ἀνθρώπους ἔφλω ἐλευθέραν, μόλις ἔτυχον τῆς ἀξίας, ὅτι πολέων ἐσὶν ἡ τύπος. *Huic meo nomine dic plurimam ſalutem: quem ſi, ut ante Ariſtidem, ſic*

hunc Mercurii eloquentiæ præſidis typum dixerim, vix eum pro meritis laudem. Eſt enim plus quam typus,] " Locus non ſatis ſanus mihi " videtur, cujus neſcio an verum ſenſum in " verſione expreſſerim." *Kuſter.* Deprompſit hunc locum Suidas ex Syneſii Epiſt. ci. p. 240. ed. Petavii, ubi ita legitur: Πρόσειπε παρ' ἐμοῦ πάνυ πολλὰ τὸν ζεβασμιώτατον Μαρκιανὸν, ὃν εἰ προλαβὼν Αἰσχίνην Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἔφην ἐληλυθέναι, μόλις ἂν ἔτυχον τῆς ἀξίας, ὅτι πλέον ἐστὶν ἢ τύπος. *Salutem meo nomine etiam atque etiam impertias venerabili imprimis Marciano, quem, ſi ante Ariſtidem, Mercurii eloquentiæ præſidis typum ad homines perveniſſe dixiſſem, non eſſem ejus merita adſecutus. Eſt enim plus quam typus.* Atque hinc videas quam longe aberrarit in Græcis vertendis cl. Kuſterus. Reſpexit autem Syneſius, quod nemo vidit, ad Ariſtidem Sophiſtam, vol. II. p. 307. Καὶ πολλῶσι γε περὶ Δημοσθένους, ὃν ἐγὼ φαίην ἂν ΕΡΜΟΥ ΤΙΝΟΣ ΛΟΓΙΟΥ ΤΥΠΟΝ ΕΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΚΑΤΕΛΘΕΙΝ, ὅ,τι ἂν τύχωσι βλασφημεῖν. *Atque etiam de Demoſthene, quem tanquam Mercurium aliquem in terras deſcendiſſe arbitror, nihil non audent effutire.* Huc facit Julian. Orat. vii. Βάλε τὸ μὴ τῶν τλὼ πάνσοφον ἀπαγορεύσω ζειρῆνα, ΤΟΝ ΤΟΥ ΛΟΓΙΟΥ ΤΥΠΟΝ ΕΡΜΟΥ. Item Eunapius in Proæreſio. Οἱ δὲ θεὸν ἔφασκον. οἱ δὲ ΕΡΜΟΥ ΛΟΓΙΟΥ ΤΥΠΟΝ. Damaſcius, in vita Iſidori apud Phot. p. 1029. Τὸ μὲ πρόσωπον ὀλίγου τετράγωνον ἦν, ΕΡΜΟΥ ΛΟΓΙΟΥ ΤΥΠΟΣ ΙΕΡΟΣ. Cæterum notandum,

notandum, hujus phraſeos, quæ a viris doctis tantopere celebrata eſt, auctorem exſtitiſſe Ariſtidem. Quod ex Syneſio manifeſtum eſt.

Τυρβάζῃ. ἑτοιμάζῃ. οἱ δ', φρονλίζεις.] Reſpexit, ut videtur, Suidas ad Luc. x. 41. Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ ΤΥΡΒΑΖΗι περὶ πολλά. *Turbaris*, ſive *multis negotiis circa res domeſticas diſtineris*. Quomodo Ariſtophanes in Pac. 1007.

Καὶ περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀθρόους
ΟΥΩΝΟΥΝΤΑΣ ΤΥΡΒΑΖΕΣΘΑΙ.

Atque hinc intelligendus Alexis Comicus apud Athenæum, lib. viii. p. 336.

ΤΥΡΒΑΖΕ, Μάνη. γαστρὸς ἕδεν ἥδιον.

Cura, Manes, ut ſint omnia ad cœnam parata.

Stir about, Manes. Μάνης eſt nomen ſervi. Hic ſenſus loci eſt, quem perperam accepit magnus Caſaubonus. Verbo utitur Sophocles apud Plutarch. de audiend. Poëtis:

Τυφλὸς γὼ, ὦ γυναῖκες, ἓδ' ὁρῶν Ἄρης
ΣΥΟΣ προσώπῳ πάντα ΤΥΡΒΑΖΕΙ κακά.

Quibus Æſchylum imitatus eſt apud Athenæum, lib. ix. p. 375.

Θύσας δ' χοῖρον τόνδε τῆ αὐτῆς ΥΟΣ,
Ἣ πολλά γ' ἐν δόμοιστιν εἰργάσαι κακά,
Δονοῦσα κῃ τρέπουσα ΤΥΡΒ' ἄνω κάτω.

Ubi

Digitized by Google

Ubi notanda vox Τύρβα. quam non alibi legisse meminit doctissimus Animadversor. Idem τύρβα et ζύρβα. Hesychius: Σύρβα, μῖξ θορύβε. Zenobius, Proverb. VI. 1. Συρβήνης χορός. Αὕτη τέτακ) κ) τ ἀτάκτων χορῶν. ἀπὸ δ τινὰς ΤΟΙΣ ΥΣΙΝ ἐπιφωνεῖν ΣΥΡΒΑ.

Τυροφόρον. ἐν Ἐπιγεγράμμασι·

Αἰχμηλὰν δ' ἐπέθυσεν ἀλέκλορα, κ) πλακόεντα
Παῖς Ἡγησιδίκη πίονα τυροφόρον.]

Hoc distichon est pars epigrammatis, quod exstat Anthol. lib. vi. p. 573. ubi legitur, ἀπ- έθυσεν.

Τυφήρεα. τυφωνικῶ.

Λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνε τυφήρεα λύχνον
Σχοίνῳ κ) λεπτῇ ζῳγομένῳ παπύρῳ.]

Integrum epigramma, ex quo distichon hoc decerptum est, legitur Anthol. lib. vi. p. 561. Quod et recte monuit Kusterus. Carmen ipsum, quod Antipatri est, hic subjiciam:

Λαμπάδα κηροχίτωνα Κρόνε τυφήρεα λύχνον,
Σχοίνῳ Ϲ λεπτῇ ζῳγομένῳ παπύρῳ,
Ἀντίπατρ@ Πείσωνι φέρ' γέρας. ἢν δέ μ' ἀνάψας
Εὔξῃ), λάμψω φέγγ@ ἀκτσόθεν.

Percommode adnotarunt viri docti hunc cereum Pisoni dono dari Saturnalibus. Quod verum est. Saturno enim cereos accendere erat

erat moris. Quod ex Macrobio constat. Hinc Κρόιος λύχνος. *a Christmas candle.* Quid sit autem λύχνος τυφήρης nemo interpretum explicavit. Intelligendus autem lychnus ὁπὸ τύφης factus. Ut à κλίνη κλινήρης, sic à τύφη τυφήρης. Est autem τύφη, *herba palustris*, quæ lucernis faciendis inserviebat. de qua Strabo, lib. v. p. 346. ΤΥΦΗ τε ἡ ΠΑΠΥΡΟΣ, ἀνθήλη τε πολλὴ καλαχρμίζει πολαμοῖς εἰς τὴν Ῥώμην. Ad quem locum consulendi interpretes. consulendus et cl. Salmasius ad Solinum, p. 75. Cæterum in versu postremo scribendum ἀκτσίθεον. Quomodo recte legitur apud Suid. in v. Confer etiam Nostrum supra, v. Πάπυρος.

Τύφος. ἀλαζονεία. μανία. Ὁ δὲ τιμᾶτος ἀγνοεῖ καὶ ὡς τετύφωται.] Polybius, lib. iii. p. 322. Ὡς εἴ τις οἴκοι κυβερνήτης τις μέρος εἶναι τεχνίτης δ' γνῶναι καὶ προαίρεσιν καὶ φύσιν δ' τ' ἐναντίων ἡγεμόνος, ΑΓΝΟΕΙ ΚΑΙ ΤΕΤΥΦΩΤΑΙ. Ad hunc locum proculdubio respexit Suidas. Haud dissimile illud Pauli ad Timotheum, Epist. I. vi. 3. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις —— ΤΕΤΥΦΩΤΑΙ ΜΗΔΕΝ ΕΠΙΣΤΑΜΕΝΟΣ.

Τυφώς.

Καὶ γυναίως πρὸς τὸν τυφῶ χωρεῖ, καὶ τὸν ἐλαύνει.]

Scribendum, γυναῖος. Quomodo recte legitur apud Aristoph. Eq. ver. 508. Idem autem

τυφὼς

τυφὼς et τυφών. Græci magistri ἄνεμον καταυλιδούμενον non male interpretantur. Hinc ἄνεμος τυφωνικός. Angl. *a burricane*, de quo Lucas, Act. Apost. xxviii. 14. Μετ' ὀ πολὺ ὴ ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς, ὁ καλούμενος Εὐροκλύδων. ubi MS. Alexand. Εὐρακύλων. Quod Grotio et Bentleio nostro in primis adrisit. Sed neutra vox proba est. Utramque spuriæ notæ manifesto arguit forma vitiosissima. Nam, ut ait poëta,

Desinit in piscem mulier formosa superne.

Bentleii autem lectio, tum formâ, tum sensu plane destituta est. *There arose against it a tempestuous wind, called the north-east wind.* Quisquamne credat ita scripsisse Lucam? Sed vera lectio in vicinia est. Rescribo, ut mihi quidem videtur, certissime: ἄνεμος τυφωνικὸς ὁ καλούμενος ΕΥΡΥΚΛΥΔΩΝ. *ventus turbulentus* EURYCLYDON vocatus. Quemadmodum recte exhibere jam video MS. Petavianum. Nimirum ventus τυφωνικὸς *longe lateque* fluctus ciet. hinc non ineleganter Εὐρυκλύδων appellatus. Dicitur autem Εὐρυκλύδων, ut Εὐρυλόγος, Εὐρύχωρος, Εὐρύκολπος, Εὐρυλείμων, atque alia ejusdem notæ sexcenta. Vocem, quod gaudeo, agnoscit Etymologus, cujus verba adscribam: Τυφών. ὠδὸν τὸ τύφω, τὸ καίω· τύφων γάρ ἐστιν ἡ ἐξ ἀνέμων ζάθεος πνοή. ὃς καὶ ΕΥΡΥΚΛΥΔΩΝ καλεῖται. Nihil verius aut elegantius. Sed aliud hic est, et exquisitius quidem; quod omnes interpretes fugit. Μετ' ὀ πολὺ ὴ ἔβαλε κατ'

κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικός. Ubi nesciunt viri eruditi, quonam referendum sit illud αὐτῆς. Joannes Boisius, vir doctissimus, et Canonicus quondam Elensis, vocem πρώρας hic subaudiendam existimavit. Sed fallitur vir optimus. Eleganter Lucas, ἔβαλε κατ' αὐτῆς. scil. πρωρόβεσεως. quæ vox modo præcessit. Idem ἔβαλε κατ' αὐτῆς, et καθέβαλεν αὐτῆς. *de proposito dejecit*. Sic Lucas infra: Ἐκώλυσεν αὐτὸς ὁ βλαύμαλος. quod perinde est. Quare locus ita tandem scribendus et interpretandus videtur. Ὑποπνεύσαντος δὲ νότου, δόξαντες ΤΗΣ ΠΡΟΘΕΣΕΩΣ κεκρατηκέναι, ἄραντες ἆσσον παρελέγοντο τῆς Κρήτης. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ΕΒΑΛΕ ΚΑΤ' ΑΥΤΗΣ ἄνεμος τυφωνικὸς, ὁ καλούμενος ΕΥΡΥΚΛΥΔΩΝ. *But when the south wind blew softly, supposing that* THEY HAD OBTAINED THEIR PURPOSE, *loosing thence they sailed close by Crete. But not long after there arose a tempestuous wind, called* EURYCLYDON, WHICH TOTALLY DISCONCERTED THEM. Qui sensus integerrimus est.

Υ.

ΥΑΔΩ. τὸ ᾄδω. Ὑδειν ἔοικε, καὶ Ὑδέομι, ἀντὶ τοῦ, ὑμνοίμι.

Αἴθρῃ τε εὐτεκνον ἐπ' ἀγρομῴοις ὑδέομι.]

Versus laborat. Rescribo,

Αἴθρῃ ΤΗΝ εὐτεκνον ἐπ' ἀγρομῴοις ὑδέομι.

Est

Est autem Callimachi, ni fallor, in Hecale. Æthra enim mater Thesei. de quo Callimachus in Hecale. Verbum autem ΥΔΕΙΝ alibi usurpat noster poëta. Hymn. in Jov. ver. 76.

Αὐτίκα χαλκῆας μὲ ΥΔΕΙΟΜΕΝ Ἡφαίστοιο.

Ὕδωρ ἀμπορδωόμδον. ἀντὶ τ ἐσκεδασμένον καὶ ταχέλως ἄχρηστον. Δαεὶδ] Respexit Suidas ad Psalm. lviii. 6. Ἐξδενωθήσον) ὡσεὶ ὕδωρ ἀμποδώόμδον. *Like water that runneth apace.*

Ὑδροχεῖα. δεξαμδαί. Ὅλκον τ ὕδατ@ ἐπεσκεύασε, ϵ ὑδροχεῖα ἐπενόησε.] Hæc sunt verba Menandri in Excerptis Hœschelii, p. 124.

Τερός. τὸ ὑ μακρόν. Ἄγον μέγαν ὑετὸν ἔση.] Inepte Interpres, *Ingentem pluviam admirans fietit.* Scribendum, Ἄγων. Est autem pars postrema Hexametri, de quo nos supra ad v. Μᾶσαι.

Ὑμεναίων. γαμικῶν ὕμνων. Ὑμδίαι@ τὸ ἐκείνων Λυδὸς ἄδε).] Ex quo fonte hoc fragmentum deprompserit Suidas, equidem nescio, et posteri forsan nescibunt. Quid sit autem ὑμέναιος Λυδὸς, sive Λύδι@, nemo Interpretum intellexit. Rem satis manifestam dabit Apuleius de Asino: *Jam feralium nuptiarum miserrimæ virginis choragium struitur. Jam tædæ lumen atræ fuliginis cinerem arcessunt, et sonus tibiæ Zygiæ mutatur in* QUERULUM LYDIÆ MODUM.

Digitized by Google

DUM. Vox autem Ὑμήναιος, quod jam moneo, formæ adjectivæ quodammodo est. Hinc nunc de *deo nuptiarum præside*, nunc de *hymno nuptiali* usurpatur. Ὑμήναιος θεός. Ὑμέναιος ᾠδή. Recte autem Ὑμήναιος ἀοιδή. Schol. ad Aristoph. Av. ver. 1440. Ὑμὴν ὦ Ὑμήναιε. Ἥιδετο τοῦτο ἐν τοῖς γάμοις. Charito Aphrodisiensis, lib. i. ΥΜΕΝΑΙΟΣ ΗΙΔΕΤΟ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν. Ita quoque locuta est Erinna in Epigram. apud Jensium et Wolfium. Quod et exhibet cl. Reiskius, in Antholog. p. 123. et ante eum cl. Heringa. Sed depravatum omnes et neutiquam intellectum. Nos carmen integrum, quod elegans in primis est, idque emendatum, hic subjiciemus:

Νύμφας Βακχίδος εἰμὶ, πολυκλαύταν δ' ἀπὸ πατρὸς
Στάλαν, τᾷ κατὰ γᾶς τόδε λέγοις Ἀΐδᾳ.
Βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδα. Τὰ δέ τοι καλὰ ΜΕΤ
ΠΟΘΟΡΩΝΤΙ
Ὄμματα τὰν Βακχὶς ἀγγελέοισι τύχᾳν,
Ἢ τὰν παῖδ', Ὑμήναιος ἐφ' αἷς ΠΟΛΥΣ
ΗΙΔΕΤΟ πάλαις,
Τᾶδ' ἀπὶ ΚΑΔΕΥΤΑΣ ἔφλεγε πυρκαϊᾶς.
Καὶ ζῦ μᾶ, ὦ Ὑμήναιε, γάμων ΠΡΟΚΕΛΕΥΘΟΝ
ἀοιδὰν
Ἐς θρήνων γοερῶν φθέγμα μεθαρμόσαο.

In Hexametro secundo legebat cl. Reiskius, τῷ κθοροῶνι. quod ne Græcum quidem est. Quin et hominem fefellit vocula τι, quæ Dorum est. Nos veram lectionem vidimus. Tertius hexameter mutilus erat. Nos recte

supple-

Digitized by Google

ſupplevimus, πολὺς ἦδε/ο. Quod elegans eſt, et ſupra captum librariorum. Homer. Il. Σ. 493.

—— ΠΟΛΥΣ Δ' ΥΜΕΝΑΙΟΣ ὀρώρει.

Deinde recte MS. καδδυτᾶς, ſive κηδευτᾶς. quod viros doctiſſimos admodum torſit. Idem Κηδδυτᾶς et Δακρυτᾶς. Epigram. Anthol. lib. iii. p. 342.

—— ΔΑΚΡΥΤΑ κῆ' χθονὸς ΗΡΙΑ τεῦχον.

Denique Hexameter poſtremus in MS. mutilus eſt. Nos vocem προκείλεθον ex ingenio ſupplevimus. Nec fruſtra id quidem. Epigram. Anthol. lib. vii. p. 598.

Κιχλίζως χρεμέτισμα ΓΑΜΟΥ ΠΡΟΚΕΛΕΥΘΟΝ ἴασα.

Bauco autem eſt puellæ mater, quæ qualem filiam amiſerit et in rogum impoſuerit, indicant oculi venuſti *Baucidis*. Hæc mens epigrammatis eſt, quam nemo interpretum perſpexit. In Hymenæo autem celebrando αὐλὸς in primis uſitatus. Heſychius: Ὑμέναιος, τὸ τοῖς γαμοῦσιν ΕΠΑΥΛΟΥΜΕΝΟΝ. Achilles Tatius, in Amor. lib. v. p. 315. Ἐμοὶ μὲ ΥΜΕΝΑΙΟΝ ἄγειν (leg. ἄδειν) δοκεῖ τὰ τ' ἀνέμων ΑΥΛΗΜΑΤΑ. Lucian. in Dial. Meretric. Καὶ ΑΥΛΗΤΡΙΔΑΣ καὶ θέρυβον καὶ ΥΜΕΝΑΙΟΝ ΑΙΔΟΝΤΑΣ. Atque hinc corrigendus Orpheus, Argon. ver. 1337.

Digitized by Google

Καὶ τότε παρθενίης νοσφίζεο κέρμου ἀνθῶ.
Αἰνόγαμῶ Μήδεια ΔΥΣΑΥΛΗΤΟΙΣ ΥΜΕΝΑΙΟΙΣ.

Vulgo legitur δυσαινήτοις. Sed noſtra emendatio proculdubio vera eſt. Porrò duplex erat Hymenæus, ſive *hymnus nuptialis*, καταχαμηλικὸς et διεγερτικός. De hoc intelligendus Æſchylus ἐν Δαναΐσιν, apud Schol. ad Pindar. Pyth. iii.

Κἄπειτα δ' εἰσι λαμπρὸν ἡλίου φάος,
Ἕως τ' ἐγείρῃ παφλάμενος τὰς νυμφίους
Νόμοις ἀοιδῶν ζωὸς κόροις τε καὶ κόραις.

Ita locum iſtum legend. monuit cl. Heathius. Sed Schol. Νόμοισι θείοις. quod antiquum eſt, et Æſchylum ſapit. Legebam aliquando,

Νόμοις ΓΕΡΟΝΤΩΝ, σωὸς Κόροις τε καὶ Κόραις.

Quod pulchrum. Callimach. Del. 304.

Οἱ μὲν ὑπαείδουσι ΝΟΜΟΝ Λυκίοιο ΓΕΡΟΝΤΟΣ.

Sed illud verius. Οἱ θείης ſunt *præcentores*. Alcman apud Hephæſt. p. 22.

Μῶσ' ἄγε Καλλιόπα θύγατερ Διός·
Ἀρχ' ἐρατῶν ἐπέων· ἐπὶ δ' ἵμερον
Ὕμνων καὶ χαρίεντα ΤΙΘΕΙ χορόν.

Hinc Νομοθέτης. Ὑμνοθέτης. Αὐλοθέτης. quo nomine gaudet Minerva, in Epigram. Anthol. lib. vi. p. 570.

Ὅσσον γὰρ μέσσαις ἐξέργμεθα, τόσσον Ἀθήνη
Ἐξ ἡμείων. ἡ γὰρ παρθένος ΑΥΛΟΘΕΤΕΙ.

Quem

Digitized by Google

Quem locum minus recte acceperunt editores. Minerva tibiarum inventrix. hinc αὐλοθετεῖν dicta. Quin et aliud restat, quod doctissimum Heathium fugit. Scribendum utique:

Κἄπειτ' ΑΝΕΙΣΙ λαμπρὸν ἡλίου φάος.

Suidas: Ἄνεισι. ἀνέρχεται. Locus ita vertendus est:

Deinde oritur splendidum solis jubar,
Et placida aurora sponsos suscitat
Modis poëtarum, cum pueris et puellis.

De Hymenæo autem καταχοιμητικῷ sive *vespertino* eleganter admodum Martialis Capella de Nupt. Philol. p. 305. *Itaque Hymenæus alacri tandem vigore luminatus, nec ipse jam renuente Tritonide, sic cœpit:*

Aurea flammigerum cum Luna subegerit orbem,
Rosis jugabo lilia.
Virgo deusque sacro sociabunt fœdera lecto:
Fulchris parate cinnama.
Hesperus intactam servet licet usque puellam,
Nuptam videbis, Phosphore.
Nec matris lacrymæ, pressi nec viribus ungues
Nexus valebunt rumpere.
Ne thalamos metuas, eris hoc quod Juno Tonanti est,
Quæ nunc sorore dulcior.

Digitized by Google

Carmen amœniſſimum et venuſtiſſimum, ſed non ſine nævo. Primum ſcribendum,

Nec MATRIS *lacrymæ, preſſi nec* VIRGINIS *ungues:*

Horatius:

——*prælia* VIRGINUM
Strictis in juvenes UNGUIBUS *acrium.*

Deinde repone, meo periculo:

——*eris* HUIC *quod Juno Tonanti eſt.*

Huic, i. e. *marito*. Nihil verius hac emendatione.

Ὑποδωγάς. τὰς ἀναχωρήσεις —— Καὶ πέρας ἐμβεβλῆσθαι δειμαίνοντας ἐς ὑποδωγὰς μᾶλλον σφᾶς. *Eosque ultra modum formidantes ſeſe recipere juſſit.*] Hoc fragmentum legitur apud Agathiam, lib. ii. p. 55. quem vide. Nam noſter interpres haud parum hallucinatus eſt.

Ὑπάρχων. προσυπάρχων —— Τὸ ὑπάρχειν οὐχ ἁπλῶς τὸ εἶναι ζημαίνει, ἀλλὰ τὸ πάλαι εἶναι, καὶ προεῖναι, φθάνειν. Μένανδρος· Οὐχὶ προληφθεῖσας ὑμᾶς· δεῖ γὰρ ὑμῖν νοεῖν, ἀλλὰ ὑπάρχειν τοῦτο.] "Eſt fragmentum mutilum et lacerum. cu- "jus proinde verſionem conſulto prætermiſi- "mus." *Kuſter*. Prior pars fragmenti hujus conclamata eſt, poſterior facile inſtauranda. Repono, Δεῖ γὰρ ὑμῖν ΟΥ ΝΥΝ ΕΥΝΟΕΙΝ. Po-

Digitized by Google

teris etiam ſcribere, Δεῖ γὰρ ὑμῖν ΟΥ ΝΥΝ ΕΙΝΑΙ, ἀλλὰ ὑπάρχειν τοῦτο. Quod veriſſimum videtur, et ad Suidæ mentem perquam adcommodatum. Ariſtoph. Eccleſ. ver. 114.

ΗΜΙΝ Δ' ΥΠΑΡΧΕΙ ΤΟΥΤΟ κῆτ' τύχῃ τινά.

Ὑπάτη.

Νῆσον ὅτ' εἰς ὑπάτην ὠλίσθανε τέρμα τ' ἄφυκτον,
Οἶδεν ἀρισείῳ ἐμφανὲς εἰς ἰδίῳ.
Ἔμῆξε δ' ὑπὸ πλαίχνοισιν ἰὸν ξίφος —]

"Diſtichum hoc eſt pars epigrammatis, quod "integrum exſtat Anthol. lib. iii. cap. 5. Ibi "autem pro οἶδεν ἀρισείῳ rectius legitur εἶδεν "ἀρισείῳ." *Kuſter.* Utrum legas οἶδεν an εἶδεν, hilum non intereſt. Sed illud ἐμφανὲς vitii manifeſtum eſt. Lego et diſtinguo:

—— τέρμα τ' ἄφυκτον
Εἶδεν, ἀρισείῳ ΕΔΡΑΜΕΝ εἰς ἰδίῳ.

Illud ἔδραμεν quantivis pretii eſt. *ad virtutem ſuam recurrit. had recourſe to his valour.* Philippus Epigram. in eundem Anthol. lib. iii. p. 290.

Τηξιμελεῖ νόσῳ κεκολόμῳ ΕΔΡΑΜΕ θυμῷ
Ἐς προτέρων ἔργων ἄρσενα μαρτυρίῳ.

Hinc eleganter, ut ſolet, Maximus Tyrius xvi. 8. Εὖ πεφυκὼς ἀνὴρ, καὶ ΠΡΟΣ ΑΡΕΤΗΝ ΕΥΔΡΟΜΩΤΑΤΟΣ.

Digitized by Google

Ὕπαλον. μέγαν. ὑψηλόν. Ὕπαλοι καὶ εἶδος ἰχθύος κηλώδους, οἱ καλοῦν καὶ πρόβαλα καὶ πρέποντες. ἀριθμοῖτο ἂν τούτοις καὶ ὁ ὄνος.] Antiquum hic obtinet noſter Suidas. Duas enim voces pro more confundit. Scribendum, ΗΠΑΤΟΙ καὶ εἶδος ἰχθύος. Athenæus, lib. iii. p. 108. Ἔστι δὲ καὶ ἰχθύς τις ΗΠΑΤΟΣ καλούμενος, ὃν φησιν αὐτὸς Εὔβουλος ἐν Λάκωσιν οὐκ ἔχειν χολήν. Ælian. Hiſt. Anim. lib. ix. cap. 38. Φωλεύει δὲ ἐν τοῖς μυχοῖς τῆς θαλάττης διαιτᾶται ΤΟ ΠΡΟΒΑΤΟΝ, καὶ οἱ καλούμενοι ΗΠΑΤΟΙ, καθάπερ ἔν φιλοῦσιν ἁλιεῖς ὀνομάζειν ΠΡΕΠΟΝΤΑΣ, —— Ἀριθμοῖτο δ' ἂν ἐν τούτοις καὶ Ο ΟΝΟΣ. Ad hunc locum reſpexit Suidas.

Ὑπαίμακε. διέφθειρεν. Οὔ σε κυνῶν γένος εἶλ' Εὐριπίδη, ἀλλ' αἰδὼς καὶ γῆρας ὑπαίμακεν.] Vox " ὑπαίμακε eſt corrupta: pro qua Anthol. " lib. iii. p. 396. rectius legitur, ὑπέκβαλε. " Sic enim ibi:

Οὔ σε κυνῶν γένος εἶλ', Εὐριπίδη, οὐδὲ γυναικὸς
Οἶστρος, ἀ Σκολίης Κύπριδος ἀλλότριον,
Ἀλλ' αἰδὼς καὶ γῆρας ὑπέκβαλε ——

Kuſter. Recte vir doctiſſimus. Sed aliud quid reſtat, quod fefellit Kuſterum. Reſcribo, certiſſima, opinor, emendatione:

Οὔ σε ΚΥΝΩΝ ΓΕΝΥΣ εἶλ' Εὐριπίδη ——

Non te canum ora dilacerarunt, Euripides, ſed fata et ſenectus ſuſtulerunt. Quod omnino verum,

Digitized by Google

verum. Epigram. Anthol. lib. i. p. 70. de leone:

Καὶ μὲ ἐτέκλωσεν ΦΟΝΙΑΝ ΓΕΝΥΝ ——

Reſtituendus obiter Euripides in Ion. ver. 1427.

Δεάκοντες δέχαιόν τι παίζεύσω χθύ
Δώρημ' Ἀθάνας ——

Scribendum ſine dubio,

——ΠΑΓΧΡΥΣΟΙ ΓΕΝΥΝ.

Quod elegans in primis eſt. Huc egregie facit Epigramma apud Laërtium in Diogene, quod noſtram emendationem abunde confirmat:

Διόγμες, ἄγε λέγε, τίς ἔλαβέ ζε μόρ@·
Ἐς ἄϊδ@·; ἔλαβε με ΚΥΝΟΣ ΑΓΡΙΟΝ ΟΔΑΞ.

Ὑπέδυσαν. ἐδεδύκεσαν. Παραπλήκως Φιλίθεος οἷος περ πάλαι ὑπέδυσαν Φιλίθεος.] Interpretatio Suidæ frigida eſt, et nihil agit. Reſcribendum omnino: Ὑπέδυσαν. ΕΔΕΔΟΙΚΕΣΑΝ. Qui ſequitur locus elegans eſt, atque ita vertendus: *Confeſtim aggreſſi ſunt eos, quos ante ob timorem aggredi detrectaverant.*

Ὑπελθεῖν. ὑποδεδεμεῖν. καὶ Ὑπελθόσης, ἀντὶ τοῦ ἀπατησάσης. Οἱ δὲ τὸ γυναικὸς αὐτῆς ἕτως ὑπελθόσης, ἑδένα ὑπονοήσαντες δόλον, ἀπῆλθον.] Accuſativus

sivus desideratur ante verbum ὑπελθεῖν. Quare legendum, tum sensus tum Græcismi gratia, τὴ γυναικὸς ΑΥΤΟΥΣ ἅτως ὑπελθάσης. Herodot. lib. vi. cap. 134. Καὶ πρόκα τε Φοίκης ΑΥΤΟΝ ΥΠΕΛΘΟΥΣΗΣ, ὑπίπτω τῳ αἰτίῃ ὁδὸν ἰέναι. Heliodor. Æthiop. lib. ii. p. 104. Ὁ τότε εἰληχὼς δαίμων οἱονεὶ πρόσωπεῖον ΑΥΤΗΝ ΥΠΗΛΘΕ. Confer nos infra, ad v. Ὑπέρχε.

Ὑπέμειναν. προσεδόκησαν, Ἐμὲ ὑπέμειναν ἁμαρτωλοί.] Hæc sunt verba Psalmographi cxix. 95.

Ὑπερακοντίζεις. —— Φρυνίχου Μονοτρόπῳ·

—— Ἀλλ' ὑπερέβαλεν πολὺ τὴν Νικίαν
Στρατηγίας πλήθει τε καὶ διήμασι.]

Posterior Phrynici senarius corruptus est et hiat turpissime. Quod miror non animadvertisse Kusterum. Rescribendum omnino:

ΣΤΡΑΤΗΓΙΩΝ πλήθει τε ΚΑΙΞΕΥΡΗΜΑΣΙ.

i. e. καὶ ἐξευρήμασι. Quod omnino verum est. Locus ita interpretandus est: *At superavit longe Niciam numero prætorum et artibus imperatoriis.* Aristoph. Eq. ver. 882.

Τοιγοῦνι Θεμιστοκλῆς ὁ πρώτοτ' ἐπανάγκης,
Καί τοι ΣΟΦΟΣ κἀκεῖν' ὁ Πειραιεύς. ἔμοιγε μὲν τοι
Οὐ μεῖζον ἔναι φαίνετ' ΕΞΕΥΡΗΜΑ ἢ χύτραις.

Ita scribendus iste locus. Vulgo perperam, *Σοφὸν. in hujusmodi artibus excellebat Themistocles.*

stocles. Nihil verius. Atque hinc emendandum se offert Euripides in Supplic. ver. 903.

Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι
Δεινὸς, ζοφιστὴς πολλὰ τ' ΕΞΕΥΡΕΙΝ ζοφά.

Verba sunt de *Tydeo*, sed versus postremus futilis est, et male distinctus. Reponendum videtur:

Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι.
Δεινὸς ζοφιστὴς, πολλὰ Δ' ἐξευρεῖν ΣΟΦΟΣ.

Non in verbis erat clarus, sed in armis.
Acer sophista, sed re, non lingua sophista.

Quod quidem elegans in primis, et Euripideum est. Δεινὸς ζοφιστὴς, sed in re et artibus belli, non verbis, ζοφιστής. Hæc mens poëtæ est.

Ὑπέραντλον. πλήρη. Οἱ δ' ὑπέραντλον ποιησάμενοι τὸ πλοῖον, ἀσφαλῶς παρεκομίσθησαν εἰς τὴν νῆσον.] Interpres ita reddit: *Illi autem vento pleno navigantes, ad insulam tuto appulerunt.* Hoc *interpretari* non est. Vir doctissimus ad Luciani Timon. emendabat, ποιησάμενοι τὰ πλοῖον. Sed vulgatam lectionem agnoscit Suidas. Quod ex interpretatione ejus constat. Dici autem videtur vox ὑπεράντλος nunc de *nave*, nunc de *cursu navis*, nunc de *navicularia ipso* denique. Quo postremo sensu usurpat Diphilus Comicus apud Athenæum, lib. vii. p. 292.

NAT-

Digitized by Google

ΝΑΥΚΛΗΡΟΣ ἀποθόει τις ὦθὺς ἀποβαλὼν
Τὸν ἱσὸν, ἢ ΠΗΔΑΛΙΑ ζωῆρέψας νεώς,
Ἢ φορτία γ' ἐκρέψας ΥΠΕΡΑΝΤΛΟΣ γλιόμβος.

Ita ſcribendi ſunt iſti verſiculi. Vulgo imperite admodum legitur, πηδάλιόν τι. Atque hinc corrigendus venit locus vexatiſſimus Maximi Tyrii, Diſſert. I. pag. 3. ed. novæ. Οὐδὲ ναυσεῖ ὅπερ τῶν πλεόντων οἱ δυσάλιδες καὶ θαλάττῃ πρῶτον ἐντετυχηκότες. *Nec faciet quod nauſeabundi facere ſolent.* Ita reddit Interpres. Sed illud δυσάλιδες ne Græcum quidem eſt. quod et recte vidit cl. Marklandus. Verùm de loco reſtituendo inter nos non convenit. Corrigebam, Δύσαλλοί τινες. Cl. Marklandus, Δύσηνοί τινες. Sed neutrum verum. Legendum ſine controverſia: Ὥσπερ τῶν πλεόντων ΟΙ ΔΥΣΑΛΚΙΔΕΣ. Eſt autem Δύσαλκις *homo imbellis et ignavus, qui ad omnia imparatus et inidoneus eſt.* id quod de nautis recentibus, et mari minus adſuetis, omnino verum eſt. Τὰς φαύλας τῶν πλεόντων vocat Lucianus in Jove Tragœdo. Dicitur autem Δυσάλκιδες ut Ἀνάλκιδες. quam vocem uſurpat Homerus, Odyſſ. Δ. 334.

Ὦ πόποι, ἦ μάλα δὴ κρατερόφρονος ἀνδρὸς ἐν εὐνῇ
Ἤθελον εὐνηθῆναι, ΑΝΑΛΚΙΔΕΣ αὐτοὶ ἑοῦσες.

Quoniam autem de Maximo Tyrio, homine ſane haud ineleganti, hic agitur, libet unum atque alterum locum ejusdem ſcriptoris, qui in difficilioribus ſunt, et eruditiſſimos viros fruſtra exercuerunt, hic emendatos ſubjicere.

Primus

Digitized by Google

Primus legitur Differt. xix. p. 231. Ὡς ἀπὸ τῆς Αἴτνης πὸ πῦρ ῥεῖ, ὡς ἐξ Αἰθιοπίας ὁ λοιμὸς ῥεῖ· ἡ μὲ πῦρ ἐπὶ γῆν ῥεῖ, ἡ ὁ λοιμὸς μέχρι τῶν Ἀθηνῶν προελθὼν ἔστη. *Ex Ætna ignis, ex Æthiopia pestis defluit; ignis in terram, pestis Athenas usque defertur.* Quam *terram?* Locus manifesto corruptus est, quem ita certo certius restituendum esse video: Καὶ πὸ μὲ πῦρ ΕΠΙ ΤΗΝ ΚΑΤΑΝΗΝ ῥεῖ. *Ignis in Catanam fertur.* Est autem Catana urbs Siciliæ, ad radices Ætnæ. Hermog. de Invent. p. 169. ΡΕΙ ἀπὸ τῆς Αἴτνης ΕΠΙ ΤΗΝ ΚΑΤΑΝΗΝ πῦ πῶδρ ζωτεχῶς. Quæ gemina germana sunt. Hinc intelligendus Tertullian. Apolog. p. 429. *Empedocles totum sese Catanensium Ætnæis incendiis donat.* Atque hoc rectum. Nunc videamus alterum. Est autem Differt. xxiv. p. 297. ubi ita legitur: Ἡσιόδῳ ἢ ἀείδουσιν αἱ Μοῦσαι τί ἄλλο, ἢ γυναικῶν ἔρωτας καὶ ἀνδρῶν, καὶ ποταμῶν ἔρωτας καὶ βασιλέων καὶ φυτῶν; *Jam apud Hesiodum quid aliud Musæ canunt, quam virorum mulierumque amores, amores fluviorum, regum, ac plantarum?* Hæc ridicule depravata sunt. Mendum quidem viderunt viri eruditissimi, sed nihil ultra. Cl. Davisius legit, ἀνέμων καὶ φυλῶν. Cl. Marklandus, θαλασσῶν καὶ φυλῶν. Neuter recte. Tu rescribe, meo periculo: Καὶ ποταμῶν ἔρωτας Ϲ ΑΛΣΕΩΝ καὶ φυτῶν. *Amores fluviorum, et* NEMORUM, *et plantarum.* Moschus in Epitaphio Bionis, ver. 2.

Καὶ, ΠΟΤΑΜΟΙ, κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα,
Νῦν, ΦΥΤΑ, μοι μύρεσθε, Ϲ, ΑΛΣΕΑ, νῦν γοάοιτε.

Ὑπερ-

Ὑπερδέξιον χωρίον. Εἶχον δ' ὑπερδέξιον, οἷον χαρακώματα.] Hæc sunt verba Xenophontis in Exped. Cyr. lib. iv. p. 339. ubi recte legitur, Εἶχον δ' ὑπερδέξιον ΧΩΡΙΟΝ. Quomodo et apud Suidam scribendum est.

Ὑπερεπυρρίασεν. Ἀριστοφάνης. Ὁ δ' ἀετὸς ὑπερεπυρρίασεν. ἀντὶ τοῦ, πυρρὸς ἐγένετο.] Locus Aristophanis exstat in Ran. ver. 310.

Ὀδὶ δ' ἀετὸς ὑπερεπυρρίασέ μοι.

Ὑπερδοκιμάθοι. ὑπερεμπαιζόμενοι. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ὑπερδοκιμάθοι τῷ πάντα πρᾶττον τῇ ἐξ Ἐπιπλάνου ὁμολογίᾳ, καὶ τῷ χειρισμῷ τῶν πεπραγμάτων.] Hæc interpres ne vertit quidem, in quo judicium ejus laudandum est. Nam locus corruptus est, sed ita ut facile redintegretur tamen. Rescribendum omnino: καὶ ΤΩι ΧΕΙΡΙΣΜΩι τῶν πεπραγμάτων. Est autem χειρισμὸς τῶν πεπραγμάτων, rerum administratio. Suidas infra, v. Χειρισμόν. Ὥστε μὴ μόνον ἀλόγιστον, ἀλλὰ καὶ μανικὴν φαίνεσθαι ΤΟΝ ΧΕΙΡΙΣΜΟΝ ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ. *Ut administratio illa non solum imprudens, sed etiam insana videretur.* Polybius, lib. iii. p. 321. Τὸν δὲ Φλαμίνιον ὀχλοκόπον μὲν καὶ δημαγωγὸν εἶναι τέλειον, πρὸς ἀλήθειαν δὲ καὶ πολεμικὸν ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΧΕΙΡΙΣΜΟΝ σπανίως εὑρεῖν. Idem, p. 1002. ΧΕΙΡΙΣΜΟΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ἀπιτυχεῖ καὶ ζηλωτόν. Idem in Excerptis Valesii, p. 1475. Ὅτι δὲ εἰς ΤΟΝ ΧΕΙΡΙΣΜΟΝ ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ

Digitized by Google

ΤΩΝ τις βλέψει, τῶν ἀμφοῖν καταπλήξας τὴν ἀναίδειαν. Quare utrumque fragmentum fine dubio Polybio adjudicandum eſt.

Ὑπερθεν. ἐπάνω. ἐν Ἐπιγράμμασι.

Οὐκ ἐς πλεόνων χεῖρας ὑπερθεν ἔχειν.]

Pentameter iſte eſt pars epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. vi. p. 573.

Ὑπερθορῶν. ὑπερπηδῶν. Τῆς Δήμητρος ἐ δυνάμενον ὑπερθορεῖν τὰς θύρας, θορέντα ἢ ἰέναι ἅπτεσθαι τὸ μέγαρον.] "Vel ſcribe θορέντα, vel θορόντα." *Kuſter.* Nihil hic vidit vir doctiſſimus. Sunt hæc verba Herodoti, lib. vi. cap. 134. de Miltiade, ubi ita legitur: Τὸν δὲ ἀπικόμενον ἅπτεσθαι τοῦ κολωνοῦ τοῦ πρὸ τοῦ ἄστεος ἑόντα, ἔνθα θεσμοφόρια Δήμητρος ὑπερθορέειν, ἐ δυνάμενον τὰς θύρας ἀνοῖξαι. ὑπερθορόντα δὲ ἰέναι ἅπτεσθαι τὸ μέγαρον. *Miltiades ad collem, qui ante urbem eſt, accedens, cum fores Cereris legiferæ aperire nequiret, ſeptum tranſiluit; et deinde in delubrum penetravit.* Quod hominis irreverentis eſt, et tangentis non tangenda. Cæterum ad hanc normam caſtigandus eſt Suidas.

Ὑπερκύπτω. αἰτιατικῇ. ἴστέον δὲ, ὅτι τὸ ὑπερκύπτω, ἡ μὲν ἔσω γραφὴ ἔχει αἰτιατικὴν, καὶ ὁ Πλούταρχος· ἡ δὲ Χαλίκλεους γενικῇ. Ὑπερκύψαντες τοῦ ὄρους. *Sciendum eſt τὸ ὑπερκύπτω apud nonnullos ſcriptores, ut et apud Plutarchum, cum accuſativo poni: apud*

apud Heliodorum verò, cum genitivo.] "Nota "hæc salebrosa est, in qua vertenda non tam "verborum, quam sensus rationem habui." *Kuster.* Nihil hic video, quod quenquam moretur. Kusteri autem interpretatio futilissima est. Nimirum non intellexit vir doctissimus quid sit ἡ ἔσω γραφή. Deinde Græca nonnihil laborant. Scribendum omnino: Ἰσέον ἦ, ὅτι τὸ ὑπερκύπτω ἡ μὲ ἔσω γραφὴ ἔχει ΑΙΤΙΑΤΙΚΗ, καὶ ὁ Πλάταρχος· ἡ δὲ Χαριτίλεια ΓΕΝΙΚΗ. Dicit Suidas verbum ὑπερκύπτειν apud τὰς ἔσω, et Plutarchum, accusativo gaudere: apud Heliodorum verò, genitivo. Quod verum est. ἡ ἔσω γραφὴ est *scriptura Christiana*, sive *scriptæ Patrum Christianorum.* Opponuntur scilicet οἱ ἔσω et οἱ ἔξω. Paulus in prima ad Corinth. V. 12. Τί γάρ μοι καὶ ΤΟΥΣ ΕΞΩ κρίνειν; Οὐχὶ ΤΟΥΣ ΕΣΩ ὑμεῖς κρίνετε; ΤΟΥΣ ΔΕ ΕΞΩ ὁ Θεὸς κρινεῖ. Ad quem locum consulendi interpretes. consulendus et cl. Kusterus ad Suid. v. Ἀμφισβήτησις. Atque hinc intelligendus Marcus IV. 11. ΥΜΙΝ δέδοται γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. ἐκείνοις δὲ ΤΟΙΣ ΕΞΩ ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται. Verbum autem Ὑπερκύπτειν cum accusativo usurpat Basilius Magnus Homil. de Invidia. ΥΠΕΡΚΥΨΑΣ τῷ λογισμῷ τὰ ἀνθρώπινα. Item Eusebeius, Demonst. Evang. i. 5. ΥΠΕΡΚΥΨΑΝΤΕΣ τὴν ὁρωμένην ἅπασαν κτίσιν. Addo Plutarchum in Lycurgo. Ταῦρον ἐλαύνει μέγαν, ὃς ΥΠΕΡΚΥΨΑΣ τὸ Ταΰγετον ἀπὸ τοῦ Εὐρώτα πίεται. Locus autem Charicleæ, ad quem respexit Suidas, legitur apud Heliodor.

Digitized by Google

dor. Æthiop. lib. i. ſub initium. Ἄνδρες ἐν ὅπλοις λησεμικοῖς ΟΡΟΥΣ ΥΠΕΡΚΥΨΑΝΤΕΣ. Atque hæc ad Suidam complanandum et illuſtrandum ſuffecerint.

Ὑπέρα φελέροπή —— Πλάτων Ἀδάμαντι·

Εἶτ' ἐχ ὑπέρα μοι φελέροπὴ γίνῃ;]

Platonis ſenarius claudicat, atque ita eſt ſublevandus:

Εἶτ' ἐχ ὑπέρα φελέροπή μοι γίνῃ;

Quid? nonne hæc mihi piſtilli circumactio eſt?

Ὑπερπαίειν. ὑπερβαίνειν. πλεονάζειν. Διὰ τὸ γελοίοις ἀδὲ καθ' ὑπερβολὴν εἰκάσαι δυνατὸν ὂν ἀδενὶ τῶν ὄντων ἐστίν. ἤτοι ὑπερπαίῃ πάσας τῇ δεινότητι τὰς προειρημένας φράξεις.] "Fragmentum hoc ſale-"broſum eſt, nec ſenſum ſatis planum habet." *Kuſter.* Scribendum videtur: ΔΙΟ τὸ γελοῖος —— εἰκάσαι δυνατὸν ἀδενὶ τῶν ὄντων ἐστίν. *Quare factum illud a nullo quidem mortalium ſatis æſtimari poteſt.* Τὸ γελοῖος, eſt, *id quod acciderat.* Scriptor ἀνώνυμος apud Suid. v. Ἐξαιρῆς. Βιβλιοφόρον ἔπεμπον πρὸς τὴν Περσέα, ἀγγελοῦντα ΤΟ ΓΕΓΟΝΟΣ. *Tabellarium ad Perſeum miſerunt, qui, quod acciderat, ei ſignificaret.* Atque hinc reſtituendus venit Diodorus Siculus, lib. i. p. 28. Ἔπειτα τοὺς μυθογράφων καὶ ποιητῶν ΤΟ ΓΕΓΟΝΟΣ, ἐμπεπλῆσθαι τὰ θέατρα, καὶ τοῖς ἀπιθανολόγοις ἰσχυρὰν πίστιν καὶ ἀμετάθετον γνώσης. *Quod cum factum accepiſſent mythographi et*

Digitized by Google

poetæ, omnia theatra impleverunt, et posteris ut rem indubitatam tradiderunt. Ita scribendus et interpretandus est iste locus. Quemadmodum non semel scribit Diodorus. Vulgo nullo sensu legitur, τὸ ψῦ. Hæc scripseram; cum, ut fors ferebat, incidi in ipsum locum, quem laudavit Suidas. Est autem Polybii, lib. xiv. p. 949. ubi ita legitur, prout emendaveram.

Ὑπέρχεσ: αἰτιατικῶς. ἀντὶ τοῦ ὑπάγει τὸ δῆμον καὶ ὑποτρέχει. —— Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν·

—— Εἶδέ σοι ὑπέρχεσ
Ὥσπερεὶ γέροντας ἡμᾶς ἐκκεκαλικδύεσ.]

Monuimus modo supra verbum ὑπελθεῖν accusativo gaudere. Quod ex hoc loco patet. Locus autem Comici, qui male sanus est, ita, tum sensu tum Græcismo postulante, rescribendus est:

—— Εἶδες οἷ' ὑπέρχεσ
Ὥσπερεὶ γέροντας, ἡμᾶς, Κ'ΕΚΚΟΒΑΛΙΚΕΤΕΤΑΙ.

Vides quomodo nos tanquam senes circumvenit et deludit.

Est autem Ὑπέρχεσθαι, *subrepere, sublandiri, ludificari.* Schol. ad Sophocl. Oed. Tyr. ver. 404. Ὑπέρχομαι, τὸ ὑποκάτω τινὸς ἔρχομαι, καὶ ἀπὸ τούτου τὸ κολακεύω. οἱ γὰρ κολακεύοντες ὑπὸ γῆν σχηματίζουσι. Vide omnino Schol. ad Sophocl.

Elect. ver. 60. Siculi Ὑπονέμειας vocant. Hesychius: Ὑπονέμειας, ἐξαπατᾶν. Epicharmus Siculus apud Polluc. IX. 82.

——Ὥσπερ αἱ πονηραὶ μάνῆιες,
Αἴθ' ΥΠΟΝΕΜΟΝΤΑΙ γυναῖκας μωρὰς ——
—— Καὶ πάντα γιγνώσκηι τῷ τι λόγῳ.

Versus postremus mutilus est, atque ita supplendus:

—— Καὶ πάντα γιγνώσκηι ΚΩΤΙΛΩι ΛΟΓΩι.

Cl. Bentleius ad Phalar. emendabat, τῷ τηνᾶν λόγῳ. Sed nostra emendatio verissima et elegantissima est Vox κωτίλος usitatata est de *muliebri garrulitate* et *sermone fraudulento*. Hesiod. Op. ver. 373.

Μηδὲ γυνὴ ζεῖ νόον πυγοστόλος ἐξαπαλάτω
Αἰμύλα ΚΩΤΙΛΛΟΥΣΑ ——

Theocritus in Syracusis, ver. 64. 87.

Πάντα γυναῖκες ἴσαντι ——
Παύσασθ', ὦ δύσανοι, ἀνάνυτα ΚΩΤΙΛΛΟΙΣΑΙ.

Idem, ver. 89.

Πᾷ πόθεν ὤνθρωπος; τί δέ τιν εἰ ΚΩΤΙΛΑΙ εἰμές;

Suidas: Κωλίλη. ἡ λίγοις ἀπατῶσα. καὶ Κωλίλος, ὁ πανοῦργος, ἢ κόλαξ, ἢ ἀπατεών. καὶ Δαεῖδ· ΚΩΤΙΛΟΙΣ κείχρηῖ ΛΟΓΟΙΣ φενακίσαι πειρώμενος. Quæ nostram emendationem egregie confirmant.

Digitized by Google

Ὑπεχεν. ὑπέκλινεν. ἔδωκεν. Οὐδὲ τῷ ἀκμῷ ὕπεχε πῖς Ἀλαβάλλησιν, οὐδὲ φόνον ἄδικον ἐργάσαλο ἐκών γε εἶναι.] Hæc ſunt verba Procopii in Vandal. lib. i. p. 94. Leguntur etiam ſupra apud Noſtrum, v. Ἰωάννης.

Ὑπηνέμια. ὡς ἡμεῖς λέγομεν. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ·

Ἐνίοτε πολλοὶ τ̃ ἀλεκτρυόνων βίᾳ
Ὑπηνέμια τίκ[τουσιν ὠὰ πολλάκις.]

" Idem fragmentum Ariſtophanis citat Athe-
" næus lib. ix. p. 374. Sed qui τὸ ἐνίοτε non
" agnoſcit; et pro πολλοὶ rectius habet πολλαὶ,
" genere fœminino." *Kuſter.* Hos ſenarios Platoni ἐν Δαιδάλῳ adſignat Scholiaſtes ad Ariſtoph. Nub. ver. 663. Nam uterque Comicus in Dædalo laudatur. de quo cl. Erneſtus ad locum. Veram autem lectionem, pace viri eruditi, ſubminiſtrat Suidas:

Ἐνίοτε πολλαὶ τ̃ ἀλεκτρυόνων βίᾳ
Ὑπηνέμια τίκ[τουσιν ὠὰ πολλάκις.

Interdum MULTÆ *gallinarum* MULTA *ova inania vi excludunt.* Ita interpretandi ſunt iſti verſiculi. Βίᾳ τίκ[τουσι, *vi et præter naturam pariunt.* Hæc eſt mens Comici, quam minus perſpectam habuerunt viri doctiſſimi. Huc facit Varro de Re Ruſt. lib. ii. p. 62. *In fœtura res incredibilis eſt in Hiſpania, ſed eſt vera: quòd in Luſitaniâ ad Oceanum in ea regione ubi eſt*

Digitized by Google

est oppidum Olyssippo, monte Tagro, quædam e vento concipiunt certo tempore equæ: ut hic GALLINÆ *quoque solent, quarum* ΟΥΑ ΥΠΗ-ΝΕΜΙΑ *appellant.*

Ὑποξλεπόμβλος. ὑπονοῶν. ἐχθραίνων.] Sic quoque totidem verbis Hesychius. Uterque respexit ad 1 Reg. xviii. 9. Καὶ ἦν Σαοὺλ ΥΠΟΒΛΕΠΟΜΕΝΟΣ τὸν Δαυὶδ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης.

Ὑπόγυον. ἐγγύτερον. προσφαῖον. —— Ὀλιθηρὸς δὲ ἦν ὁ δρόμος ἐξ αἱμαγοῦς πεπηγότος, ὑπογύς τε καὶ πολλός· ὡς τῶν φευγόντων ἀπελείποντο οἱ ἄκοντες.] Hæc sunt verba Appiani in Libycis p. 127.

Ὑποκοριζόμενοι. διασύροντες. Ξενοφῶν· Οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι ὀνομάζουσι κακίαν.] Locus Xenophontis legitur Memorabil. lib. ii. cap. 1. De eo nuperrime egerunt viri doctissimi ad Moerin. Sed omnes fefellit elegantissima locutio. Interpretatio autem Suidæ futilissima est. Ὑποκορίζεσθαι non est *diasyrein*, sed blandientium. Quod ex Damascio in vita Isidori patet. Ita autem scribit Damascius apud Phot. p. 1032. Πρόχειρος ἦν εἰς ἐπιτίμησιν. διὸ καὶ θαμὰ πολλοῖς προσέκρουσεν, ὅτι ἀνεχόμενος αὐτῶν ΤΗΝ ΚΑΚΙΑΝ ΥΠΟΚΟΡΙΖΕΣΘΑΙ. *Ad reprehendendum proclivis erat. quare etiam multos offendit, quod vitia eorum verbis extenuare non posset.* Aristides vol. ii. p. 112. Οὔτε ΤΑΣ ΚΑΚΙΑΣ ΥΠΟΚΟΡΙΖΕΣΘΑΙ τῷ τῆς

Digitized by Google

ἀρετῆς ὀνόματι, ἔτε τὰς ἀρετὰς φαυλίζειν, τὰ τῆς κακίας ἐκάστῃ προσατεθέντα. *Nec vitiis virtutis titulo blandiri, nec virtutes, vitii nota affixa, calumniari.* Quare locus Xenophontis, ad quem uterque, tum Damascius, tum Aristides, respexit, sine dubio corruptus est, atque ita, ut mihi quidem videtur, rescribendus: Οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσί με Εὐδαιμονίαν, οἱ δὲ μισοῦντές με, ΜΗ ΥΠΟΚΟΡΙΖΟΜΕΝΟΙ, ὀνόμαζουσι Κακίαν. *Qui me amant, Felicitatem appellant; illi verò qui oderunt, neutiquam blandientes, Infelicitatem me vocant.* Nihil verius hac emendatione. Μὴ ὑποκοριζόμενοι. *Nihil dissimulantes. Neutiquam sublandientes.* Quod faciunt qui amant scilicet. de quo nos supra ad v. Σαβακῶν. Hinc emendandus Alciphro lib. iii. p. 346. ΠΑΡΘΕΝΙΟΝ δὲ ἱππίππου μεθ' ΥΠΟΚΟΡΙΣΜΩΝ ἐκθεραπεύεται, ὅλον σε αὐτοῖς ἀγροῖς ἐκπιοῦσα. *Parthenium autem nobile illud scortum, impense colitur, quæ totum te cum tuis agris devoravit.* Ita scribendus et interpretandus iste locus, qui viros doctissimos frustra habuit. Vulgo ineptissime legitur, παρθενίαν. Sed Παρθένιον est nomen ὑποκοριστικὸν. in quo tota vis et venustas hujus loci consistit. *Suavicula illa puella, quæ tota tota virgo est.* Non potuit festivius noster Alciphro.

Ὑποκρεκόντων. κρωζόντων. ἐγκιζόντων] Vox postrema nonnullis suspecta videtur. Sed perperam. Pindar. Olymp. ix.

Τὰ

Τὸ καυχᾶσθαι ἐφ' ἁμαρτίαις
Μανίαισιν ΥΠΟΚΡΕΚΕΙ.

Intempeſtive gloriari
ad inſaniam accedit.

Recte Schol. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τῆς κιθάρας κρεμῶν. (leg. κρεμάτων.) πρότερον γὰρ τῆς κιθάρας ὑφαπλώμοι ΥΠΟΚΡΕΚΟΥΣΙ.

Ὑποπυθμίδιον. τὴν εἰς τὸν πυθμένα καταλειφθεῖσαν. Οὐκ εὐοίνῳ ταφυλῆς ἀποπάδα πενταέρραγον.] Fragmentum hoc eſt pars epigrammatis, quod ex Anthologia inedita dedit Cl. Kuſterus ſupra ad v. Ἀνειρύσω. Dedit et Cl. Reiſkius Anthol. pag. 60. Sed poetæ manum neuter adſecutus eſt. Nos carmen integrum et emendatum adſcribemus. Eſt autem Leonidæ.

ΛΑΦΡΙΗ ΕΚ ΠΕΝΙΗΣ ταύτην χάριν, ἔκ τε πενίεω
Κήξ ὀλιγησιπύῃ δέξο Λεωνίδεω.
Ψαιστά τε πιήεντα & ἀθήσαυρον ἐλαῖαν,
Καὶ τᾶτο χλωρὸν ζύκεν ΑΠΟΚΡΑΔΙΟΝ,
Κ' εὐοίνῳ ταφυλῆς ἔχ' ἀποπάδα πενταέρραγον,
Πολνία, κὴ ποσὶν τῷδ' ὑποπυθμίδιον.
Ἢν δέ με γ', ὡς ἐκ νέσῃ ἀνειρύσω, ὧδε κ' ἐχθεῖς
Ἐκ πενίης ῥύσῃ, δέξο χιμαιροθύτῳ.

Ita ſcribendum iſtud epigramma. In primo verſiculo vulgo legitur, Λαθεῖη ἐκ πλάνης. quod plane nihili eſt, et contra metrum. Nos veram lectionem exhibemus. Poteris etiam ſcribere, Λαφεῖη ἐκ πανίης. Quod idem ſonat.

Digitized by Google

Sed illud ſuavius. Epigram. Anthol. lib. vi. p. 555.

ΕΚ ΠΕΝΙΗΣ, ὡς οἶδα, ἀκραιφνέος, ἀλλὰ δικαίης,
Κύπρις ταῦτα δέχευ δῶρα Λεωνίδεω.

Quod epigramma plane gemellum eſt. *Dianæ* autem LAPHRIÆ meminit Pauſanias in Achaicis. Suidas: Ἄρτεμις ΛΑΦΡΙΑ. ἡ θεός. Idem: Εὐδαίμονα καὶ βαθύπλουτον εἶναι ΤΗΝ ΛΑΦΡΙΑΝ ΑΡΤΕΜΙΝ. Confer etiam Antonin. Liberal. Metamorph. cap. xl. In ſecundo autem pentametro MSS. σῦκον ὀπωρίδιον. Quod ne Græcum quidem eſt. Interpres autem, homo feſtivus, *ficum delectam*. Nos recte reſtituimus, σῦκον ὀπωρίδιον. *ab arbore ficum*. Quam proinde χλωρὸν vocat poeta. Getulicus in epigrammate, Σῦκον ἀπ' ἀκρεμόνων. quod idem eſt. Verbum Ἀποκραδίζειν uſurpat Nicander Alexiph. ver. 316.

—— Ὀπυίνης ΑΠΟΚΡΑΔΙΣΣΕΙΑΣ ἐρινύς.

Ubi Schol. Ἀποκραδίσσεως. ἀπὸ τῆς κραδίης κόψεως, οἷον ἀποσυρίσσεως. Ἐρινὺς ἡ, τὰς κλάδους τῆς ζυκῆς. Nihil verius hac emendatione. Notanda autem vox Ἀποκραδίζω, quam alibi fruſtra quæſiveris.

Ὑποσάς. ὑπομείνας. θαρσήσας. Ξενοφῶν. Ὅς τις ὑποσὰς ἐθελοντὴς πορεύεσθαι. † Ὑφίσαν] ἢ τὸ μὴ ὁπλιτῶν Ἀρισώνυμος.] Delenda iſta virgula, et locus uno tenore ſcribendus. Quemadmodum recte

recte legitur apud Xenoph. Exped. Cyri, lib. iii. p. 319. unde hoc fragmentum deprompsit Suidas.

Ὑποδεέστερος. ἀφελέστερος. Ξενοφῶν. Ἦν ἐπ' ἐκείνους ἡμεῖς ἐλαύνομεν, ὑποτεμεῖν ἡμᾶς πάλιν ἐκεῖνοι. ἡμῖν ἢ ὅπως ἡ ἰσχὺς πάρεσται.] Hic locus legitur apud Xenoph. Instit. Cyri, lib. i. p. 18.

Ὑποδείνει——ὑποδεικνύει. Ἐλπίδα μικρὰν ὑποτείνει καὶ μέλλοντος. Φιλόστρατος φησίν.] Fallitur Suidas. Hæc enim sunt verba Synesii, Ep. cv.

Ὑπὸ ψήφου μιᾶς. ἀπὸ γνώμης. ἀπὸ κρίσεως μιᾶς.] Aristoph. Lysist. ver. 270.

Μίαν πυρὰν νήσαντες ἐμπρήσωμεν αὐτὰς χεῖρες
Πάσας ΥΠΟ ΨΗΦΟΥ ΜΙΑΣ. ——

Ad hunc locum respexit Suidas.

Ὑποφόνια. τὰ ἐπὶ τῷ φόνῳ διδόμενα χρήματα τοῖς οἰκείοις καὶ ἀναιρεθέντος, ὑπὸ καὶ τὴν αἰτίαν ἔχοντος ὅτι ἀνήρηκεν, ἵνα μὴ ἐπεξίωσιν, ἐπὶ τῷ μὴ ἐπεξέρχεσθαι, μηδὲ γνώσεσθαι τὸ καὶ φόνου δίκαιον. Ὑποφόνια καλεῖται.] Hæc manifesto interpolata sunt. Idem ἐπεξιέναι et ἐπεξέρχεσθαι. Quare alterum alterius glossema est. Quod miror non animadvertisse Kusterum. Cæterum vox ὑποφόνια occurrit apud Aristidem, vol. II. p. 436. Ἡδέως ἄν σε πυθοίμην, εἰ πότε αὐτῷ σοὶ μᾶλλον Ἀγαμέμνων ἀπεκλαυσεν, ἢ καὶ σοὶ σοὶ μᾶλλον ἐμήνισαν, τί χρὴ ποιεῖν αὐτὸν

αὐτὴν νῦν, ἢ πάσα τὰ ΥΠΟΦΟΝΙΑ καταθέντα, ὁπωσδὴς τυχεῖν. *Age vero, dic nobis, quæso, si illam, sive adhuc in contubernio tuo commorantem, sive mox ereptam, occidisset Agamemno; quanam hodie ratione, quantave multa cædem expiare, teque placare posset.*

Ὑπνῳ —— ἐν Ἐπιγράμμασι· Ὃς πολλὰ ὕπνιον ὕπνον ἐγύμνασε.] Festive admodum Interpres: *Qui multum somnum supinum dormivit.* Quod de Endymione quidem verum est. Atqui, mi homo, hic alia res agitur. Scribendum utique:

Ὃς πολυύπνιον ΙΠΠΟΝ ἐγύμνασε ——

Est autem pars epigrammatis, quod integrum dedit vir doctissimus in Miscell. Lipsi. vol. IX. p. 465. et ante eum cl. Dorvillius ad Charit. p. 158. Ipsum epigramma, quod neuter intellexit, hic apponendum esse duxi. Est autem Asclepiadæ in Lysidicen:

Λυσιδίκη ζοι, Κύπερι, τ' ἱππασκήρα μύωπα
Χρυσέου ὠκνήμας κέντρον ἔθηκε ποδός.
Ὃς πολυύπνιον ἵππον ἐγύμνασεν, ἠδὲ ποτ' αὐτῆς
Μητρὸς ἐφοινίχθη κῶφα τιναοσομένης.
Ἣν γὰ ἀκέντητον τελεοδρόμον. ἔνεκεν ὅπλου
Σοὶ κῆ μεσοπύλης χρυσέου ἐκρέμασεν.

In altero hexametro cl. Reiskius legendum censebat, Ὃς πολλὰ ὕπνιον ἵππον. Sed sensus loci hominem fefellit. Nimirum Lysidice, mulier continentissima, et quæ nullum commercium cum

cum viro haberet, ſuas res ipſa agebat. Nunc vero, vel anus vel uxor facta, inſtrumentum artis ſuæ, ut mos erat, Veneri ſuſpendit. Quare legendum omnino:

Ὦι πολυύπλιον ἵππον ἐγύμνασε ——

Quod planum et pulcherrimum eſt. Heſych. Ἵππον, τὸ μέλαν τῆς γυναικός. Sed de hoc ſatis. Neque enim in his quisquiliis immorari volumus. Cæterum exſtat epigramma apud Athenæum et Laertium, quod alii Platoni, alii Aſclepiadæ noſtro adſcribunt. Carmen ipſum, quod venuſtum in primis eſt, hic emendatum adponam:

Ἀρχεάναξαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίρην,
Ἧς ἐδὶ ῥυτίδων ἔζεσε πικρὸς ἔρως.
Ἃ δειλοὶ, νεότητος ἐπαυλιάσαυλες ἐκείνης
ΠΡΩΤΟΒΟΛΟΥ, δι' ὅσης ἤλθεσε πυρκαϊῆς.

Ita ſcribendum videtur iſtud epigramma, quod corruptum magis magisque corruperunt viri eruditiſſimi Salmaſius ad Achillem Tatium et D'Orvillius ad Charitonem. Notandum antitheton, ἐδὶ ῥυτίδων —— νεότητος ἐκείνης ἀυλιάσαυλες. quod viros doctiſſimos fugit. Epigram. Anthol. lib. vi. p. 549.

—— Τρομερῆς ΓΗΡΑΟΣ ΑΝΤΙΑΣΑΣ.

Recte autem πρωϊοβόλα. Metaphora a plantis nova vere turgeſcentibus et πρωτοβόλοις. Philodemus, in Epigram. Anthol. lib. vii. p. 608.

Οὕπω

Οὔπω ζοι καλύκων γυμνὸν θέρος, οὐδὲ μελαίνῃ
Βότρυς ὁ παρθενίης ΠΡΩΤΟΒΟΛΩΝ χάρμας,
Ἀλλ' ἤδη θοὰ τόξα νέοι θήγουσιν ἔρωτες,
Λυσιδίκη, καὶ πῦρ τύφεται ἐγκρύφιον.
Φεύγωμεν δυσερῶντες, ἕως βέλος οὐκ ἐπὶ νοερὴν
Μάντις ἐγὼ πολλῆς αὐτίκα πυρκαϊῆς.

Ὑασός. ἀκόνιον. —— Τῶν δὲ ὑοσῶν οἱ μὲν εἰσὶ παχεῖς, οἱ δὲ λεπτοί.] Hoc fragmentum depromptum est ex Polybio, lib. vi. p. 653.

Ὑφέρπονζα. ὑπερχόμενον. πλημμελούμενον. Ἐπεσκότει γὰρ αὐτῶν τὰ γνώμαις ἀλλὰ τὰς πλημμελείας ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ὑφέρπονζα λιμὸν αὐτοῖς οὐκ ἔλεπον.] Hæc sunt verba Josephi de Bell. Judaic. lib. v. p. 344.

Ὑφεὶς. ἐνδύς. ὑποχαλάσας. Ὁ δὲ ὑφεὶς τὸ φρονήματος, ἔπεμψεν ἱκετεύων μὴ πολεμηθῆναι.] Depromptum est hoc fragmentum ex Dion. in Excerpt. Legat. ab Ursino editis, p. 403.

Φ.

ΦΑΓΕΙΝ ζῶν. Ἰένις. ἔνομα εἰς τὸ ἱππάδα τελῶν, ἐκ φαγεῖν ζῶν, ζωήθης ἦν τῆς ὑπάτης, κοιλιοδαίμων καὶ ταγηνοκνιστοθήρας.] Locus hic auctior legitur supra, v. Ἰένις. Sed mutilus et corruptus,

Digitized by Google

corruptus, qui ita ope MS. Paris. supplendus et refingendus est: Ἀνὴρ Ἰούνιος ὄνομα, εἰς τὴν ἱππάδα τελῶν, καὶ φαγεῖν ζῶν, ζωήθης ἦν τοῖς ἐπαίνοις, κοιλιοδαίμων, καὶ ταλησυκιοσθήρας. Βάλλομαι γὰρ τὰ τῆς κωμῳδίας τοὺς τοιούτους εἰπεῖν, ἀδεμιᾷ μὰ Δί', ἀπεροκαλίᾳ· ὃς ἔνειμε τὴν γαστέρα τοῖς τρισὶ πλουσίοις, τοιαύταις καὶ τοσαύταις ἁρπεδῶν τραπέζαις λύκος τινὸς δίκην ἢ ἰκτῖνος ἢ ἁρπυίας, ἵνα τι καὶ παίσω. *Vir quidam, Junius nomine, equestri ordine, ventri natus, familiaris Consulibus,* Κοιλιοδαίμων *et* Ταλησυκιοσθήρας: *amo enim verbis Comici tales appellare; idque recte mehercule et neutiquam præter decorum; quippe qui tribus divitibus ventrem suum collocaret, tot tantisque mensis tanquam lupus, aut milvus, aut Harpyarum aliqua, ut ita dicam, inhians et involans.* Ita scribendus et vertendus iste locus. Est autem, quod nemo vidit, Æliani. Quod et res et stilus indicat. Notandum illud, ἵνα τι καὶ παίσω. Quod Ælianeum est. Vide nos supra, ad v. Τελωνεῖα.

Φαγεῖν. γλωσσῶν. Ἔλθε, φάγε τὸν ἐμῶν ἄρτων.] Hæc leguntur Proverb. ix. 5.

Φαιός. Μένιππος ὁ Κυνικὸς ἀπὸ ποσοῦ τεταλείας ἤλασεν, ὡς Ἑρμιππος ἀναλαβεῖν χρῆμα, λέγων ἀπίσκοπος ἀφῖχθαι τὰ ἀμαρτανομένων ἐξ ᾅδου, καὶ πάλιν καλιὰν ἀπαγγέλλειν ταῦτα τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν.] Hæc fabula de Menedemo, Cynico, narratur apud Laertium. Noster Menippo tribuit. quocum facere

facere videtur Lucian. in Necyomantia. Sed de hoc viderit Suidas. Fuit autem Menippus facetiſſimi et dicaciſſimi ingenii. Hinc Varro MENIPPEUS, et Varronis ſatiræ MENIPPEÆ dictæ. de quo Athenæus et Gellius II. 18. *Alii quoque non pauci ſervi fuerunt, qui poſt Philoſophi clari extiterunt. Ex quibus ille Menippus fuit, cujus libros M. Varro in Satiris æmulatus eſt: quas alii Cynicas, ipſe appellat Menippeas.* De Menippi libris alii aliter, ut mos eſt iſtorum hominum, judicabant. Laertius in Menippo: Ἔνιοι δὲ τὰ βιβλία αὐτοῦ, οὐκ αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ Διονυσίου τοῦ Ζωπύρου Κολοφωνίου· οἱ δὲ παίζειν ἕνεκα συγγράφοντες, ἐδίδοσαν αὐτῷ ὡς εὖ διαιμιφῶν διαθέσεως. Ubi inepte Interpres, *velut cenſori idoneo dederunt.* Διαθέσεως eſt *diſtribuere, venum exponere. to diſpoſe of them about the country.* Ulpian. ad Demoſth. Olynth. II. Διαθέσεως, πωλήσαι. Laertius in Zenone Citieo. Ἔνιοί δὲ ΔΙΑΘΕΜΕΝΟΝ Ἀθήνησι τὰ φορτία, ἅτε πεφυκότα πρὸς φιλοσοφίαν. ἐναντιόμπλων δὲ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ ΔΙΕΘΕΤΟ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ. Qui locus elegans eſt et minus intellectus. Zeno prius διαθέτης φορτίων, nunc διαθέτης λόγων. Quo ſenſu intelligendus Herodotus vii. 6. Ἔχοντες Ὀνομάκριτον, ἄνδρα Ἀθηναῖον, χρησμολόγον τε καὶ ΔΙΑΘΕΤΗΝ χρησμῶν τῶν Μουσαίου. Ubi recte Gronovius, *Muſæi ſortium venditorem.* Nos Angli, *a ballad-ſinger. a retailer of prophecies.* In quibus Cynicus noſter. Nam Menippus ex balatronum et mendicabulorum collegio. id quod deprehendiſſe videor ex

ex Laertio in Menippo, Ἀτηρότερον ἢ αἰτῶν χαὶ φιλαργυρίας, ἴσχυσε θηβαῖος γενέσθαι. Quæ verba prius emendanda, quam interpretanda sunt. Scribendum omnino: ΑΡΤΟΝ ἢ αἰτῶν χαὶ φιλαργυρίας, ἴσχυσε θηβαῖος γενέσθαι. *Menippus cum turpis lucri gratia mendicaret, tandem aliquando civis Thebanus factus est.* Ita locutus est Laertius in Cleanthe. Τοιοῦτος ἦν ὃν ΕΞΙΣΧΥΣΕΝ αὐτὸς διδάξαι τὸ χολικόν. Est autem ἄρτον αἰτεῖν, *mendicando victum quærere. to beg his bread.* Longus Pastor. lib. iii. p. 97. ΑΡΤΟΥΣ ΑΙΤΗΣΟΜΕΝΟΣ ἦκον. D. Matth. vii. 9. Ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν ΑΙΤΗΣΗ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ΑΡΤΟΝ, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Scriptor nescio quis apud Suid. v. Ἀριδίων. Ὁ δέ τινα τῶν βασιλικῶν παίδων ΑΙΤΗΣΑΣ ΑΡΤΙΔΙΟΝ καταχρήσαιο. Aristoph. in Pac. 119.

Ἦνίκ' ἂν ΑΙΤΙΖΗΤ' ΑΡΤΟΝ παῖπαν με καλῶσαι.

Quare Menippus noster ex servo philosophus, et ex mendico civis Thebanus. Quod omnino verum. Eleganter, ut solet, Lactantius, Epit. Div. Inst. cap. 39. *Diogenes cum choro canum suorum, mendicare victum maluit, quam honesto labore conquirere.*

Φακαί. τὸ ἔψημα ἐξ φακῶν. Ἡλυκῶς, ἡ ἐψηθεῖσα. ἐρσενικῶς ἢ, ἡ ἀνέψητος. ἡ παροιμία.

Ἐπεὶ πολιτῶν οὐκ ἔθ' ἥδε φακῆ
Πρωτῶν δ' ἀπὸ τῆς πανίας ἀπαντᾷ καθήδιον.]

Scribendum,

Digitized by Google

Scribendum, ΦΑΚΗ. τὸ ἔψημα τῆς φακῆς. Etymol. Magn. Φακὸς μὲν, ὁ ὠμός· ΦΑΚΗ δὲ, ἡ ἐψηθεῖσα. Schol. ad Aristoph. Plut. ver. 192. Φακός ἐστιν ὁ ἀνέψητος· ΦΑΚΗ δὲ, ἡ ἐψημένη. Qui sequuntur versiculi, leguntur apud Comicum in Pluto, ver. 1004.

Δῆλον ὅτι τὸν νεόπλουτον τὶς ἦ μοχθηρὸς ἦν
Ἔπειτα πλείω πλείων οὐκ ἔθ' ἥδετο φακῇ.
Πρότερον δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἐπίνετο.

Fuit, ut videtur, iste adolescens moribus haud immorigeris,
Deinde dives factus non amplius delectatur lente.
Ante vero, cum pauper esset, omnia devorabat.

Ita scribendus et interpretandus iste locus, quem perperam sollicitarunt viri eruditissimi. *The young man was very obliging, it seems, before he grew rich.* Ista est vis, τῆς, μοχθηρός. Quod doctissimos interpretes fefellit. Corrigendus obiter, dum calamo ludimus, Pherecrates Comicus in Corianno apud Athenæum, lib. iv. p. 159. ubi de isto edulio agitur:

Α. Φέρε δὴ καταλινῶ. σὺ δὲ τράπεζάν μοι φέρε,
Καὶ κύλικα, ΚΑΙ ΤΡΑΓΗΜ', ἵν' ἥδιον πίω.
Β. Ἰδοὺ κύλιξ σοι καὶ τράπεζα καὶ ΦΑΚΟΙ.
Α. Μή μοι φακούς, μὰ τὸν Δί', οὓς γὼ ἥδομαι.
Ἦν γὰρ τραγήτις, τῆς σίμικτος ὄζει κακόν.

Ita scribendi sunt isti versiculi. Vulgo legitur, καὶ κύλικα κἂν τραγεῖν. Quod magnum Casaubonum

bonum frustra habuit. Nos veram lectionem sine controversia restituimus. Lycophro apud Diogenem Laertium in Menedemo:

Ὡς ἐκ βεγχείας δαιτὸς ἢ βαιὰ ΚΥΛΙΞ
Αὐτῆς κυκλεῖται πρὸς μέτρον· ΤΡΑΓΗΜΑ ᾗ
Ὁ ζωφρονιστὴς τοῖς φιληκόοις λόγος.

Cæterum hac occasione explicandus Theocritus, Idyl. x. 54. cujus venustatem viri doctissimi manus perspectam habuerunt:

Κάλλιον, ὦ ποιμενικὰ φιλάγρυπε, ΤΩΣ ΦΑΚΟΣ ΕΨΕΙΝ.
Μὴ πιτάμης τὰν χεῖρα καταπρήθων τὸ κύμινον.

Verba κάλλιον, ἄμεινον, λώϊον, non sine singulari elegantia usurpant Græci. Notum illud Hesiodi:

Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν, ΟΥ ΓΑΡ ΑΜΕΙΝΟΝ·

Qua formula non semel utitur Herodotus. Quare Bucolici nostri (et noster fortasse erit) sensus est: *Quin tu* POTIUS *id agis, ut lentes coquantur, et ventri probe consulatur. You had* BETTER *go home, master, and boil the pot for supper; and take care you don't cut your fingers in* MINCING *the matter.* Verba sunt messoris ad operis dispensatorem, hominem perparcum, et qui genium suum defraudaret. Sed in Theocrito sexcentæ sunt veneres, quas nemo adsequitur.

Digitized by Google

Φάραγξ. τὸ τ᾽ γῆς βάραθρον, ὅπερ, ὅταν ὕδωρ δέξηϑ᾽, ἀφανίζει αὐτό.] Hæc ſunt verba Scholiaſtæ ad Ariſtoph. Eq. ver. 248.

Φαρμακεῖς. τὰς οἰνοχόας. Τάσδε ἡγησάμϐροι φαρμακεῖς, καὶ πισϑώσαντες τεθνάναι τὰς καθϑόντας, τὰς Αἰτωλὰς ἀπέκτειναν.] "Interpretatio mira "et prorſus inſolens: ad quam confirman- "dam nihil faciunt exempla ſubjuncta." *Kuſter.* Locus ita legendus et diſtinguendus eſt: Φαρμακεῖς. Τὰς οἰνοχόας τάσδε ἡγησάμϐροι φαρμακεῖς, ϑ πισϑώσαντες τεθνάναι τὰς καθϑόντας, τὰς Αἰτωλὰς ἀπέκτειναν. *Cum pocillatores iſtos veneficos eſſe exiſtimaſſent, et crederent eos, qui dormiebant, eſſe mortuos, Ætolos interfecerunt.* Nempe pharmacum letale pro vino datum, atque inde mortuos eſſe, qui bibiſſent, non ſopitos, exiſtimabant. Quæ cauſa fuit, ut οἰνοχόας iſtos pro veneficis haberent. Hic ſenſus loci eſt. Quod et jam recte obſervaſſe video cl. Boſ. in Animadverſ. ad Suidam. Accedit opportune noſter lexicographus, in v. Προσήκων. Καὶ οἱ τάτοις προσήκοντες ΤΟΥΣ ΟΙΝΟΧΟΘΟΥΣ ΤΟΥΣΔΕ ἡγησάμϐροι φαρμακεῖς ἀπέκτειναν. Atque hinc locus, qui proculdubio Polybii eſt, nonnihil ampliari poſſit.

Φάρσος. κλάσμα. τρύφος. ῥάκος. πτερύγιον. ἀκρωτήριον.

—— Καὶ

Digitized by Google

—— Καὶ φιλοδάπτυ
Φάρσῳ ἅμα στελεῦ χῆρον ἐλαϊνέυ.]

Hoc fragmentum est pars epigrammatis, quod integrum legitur apud Reisk. in Antholog. p. 58. Legitur et partim apud Suid. v. Ἀχρεῖφνα. Sed cujus mentem nemo criticorum perspexit. Nam quæ disputant viri doctissimi Reiskius et Kusterus, ineptissima sunt et nullius frugis. Scribendum, φιλόδυπον. Per φάρσῳ φιλόδυπον nihil aliud intelligitur, quam *securis*. Quod ex sequentibus manifestum est. Est enim στελεὺς, sive στελεὸν, *securis manubrium*. Hesych. Στελεὸν, τὸ ἓξ πελέκυῳ ξύλον. Babrius apud Suid. v. Στελεόν.

Εἰ μὴ γὰ ὑμεῖς ΣΤΕΛΕΑ πάντα τίκτητε,
Οὐκ ἂν γεωργὸς ΠΕΛΕΚΥΝ ἐν δίμοις εἶχε.

Quare nemini dubium esse potest, quin hic intelligenda sit *securis manubrio destituta*. Quod proinde non male φάρσῳ vocat Phanias. Est enim φάρσῳ *fragmen*, sive *frustum*, rei alicujus. Etymol. Magn. v. Ἀφάρωτῳ. Φάρῳ παρὰ τὸ ΦΑΡΣΑΙ, ὅ ἐστι σχίσαι. ἡ γὰ Διαφάρεσις φασὶ χιτῶνας, τὰς εἰς δύο μέρη κεχωρισμένας. ἡ ΦΑΡΣΟΣ τὸ ἀπόσχισμα τῆ ἐσθῆτῳ. Phanias in epigrammate, apud Reiskium. Φάρσῳ βότρυῳ. *Part of a bunch of grapes*. Φάρσῳ πίλου. *a piece of an old hat*. de quo nos supra, ad v. Συλάνυχας. Est et φάρσῳ *pinna*, sive *penna*, *quicquid in modum alæ formatur*. τὸ πτερύγιον exponit Suidas. Hinc Latini BIPENNIS de

ſecuri utrinque pennata, ſive faſtigiata. Quod in primis tenendum. Recte autem φιλόδικπ@· de *ſecuri* dicitur. Virgil. Æn. xi. 135.

——*ferro* SONAT *alta bipenni*
Fraxinus——

Quæ vox reſtituenda obiter Orpheo, Hymn. 64.

Ἄρες ἄναξ ΦΙΛΟΔΟΥΠΕ, φόνοις πεπαλαγμένος αἰεί.

Vulgo legitur, δολόδικπε. Corrigebat vir doctiſſimus in Veriſimilibus. ὁπλόδικπε. Sed noſtra emendatio veriſſima eſt.

Φάσηλις. ἔνομα νήσε. ἡ Φασηλίτης ὁ ἀπὸ τ αὐτῆς νήσε. Καὶ παροιμία. Φασηλιτῶν θῦμα. ἐπὶ τ ἀτελῶν καὶ ἀναίμων τίθε). Φασηλίτας δὲ τὸν ἐμχον τῷ Καλαβρῷ θύειν, φησὶ Καλλίμαχ@· ἐν Βαρβαρικοῖς Νομίμοις.] "Quis ſit ille Deus Calaber, haud "ſane mihi conſtat. Mich. Apoſtolius habet, "Κολάβρῳ. At Zenobius ſimpliciter, τοῖς Θεοῖς." *Kuſter*. De hoc loco nonnulla quoque ſcripſit Petrus Pantinus ad Apoſtolium. Sed veram lectionem nemo vidit. Legendum, ΤΩι ΚΥΛΑΒΡΑι. Quod magnum Bentleium ad Callimachum fugiſſe miror. Eſt autem *Cylabras* nomen viri, cui quotannis rem ſacram faciebant Phaſelitæ. de quo Heropythus apud Athenæum, lib. vii. p. 297. Ἡρόπυθ@· γοῦν ἐν Ὄροις Κολοφωνίων περὶ τ κλίσεως ἱερῶν τ Φασηλί-

δ@·,

Digitized by Google

δ῏, φησὶν ὅτι Λάκι῏ ὁ τ῀ ἀποικίαν στείλας, μισθὸν ἔδωκε ᾧ τόπῳ Κυλάβρᾳ ποιμένι νέμοντι πρίβαλα, ταρίχους, ἐκείνῳ τῷτο αἰτήσαντ῏. Προῆντ῏ γὰρ αὐτῷ ᾧ Λακίῳ λαβεῖν ᾧ χωρίῳ (lege, ἀντὶ ᾧ χωρίῳ) ἢ ἄλφιτα, ἢ ταρίχους, εἵλετο ὁ Κυλάβρας τοὺς ταρίχους. Καὶ διὰ τῷτο ΟΙ ΦΑΣΗΛΙΤΑΙ ἀνὰ πᾶν ἔτ῏ ΤΩι ΚΥΛΑΒΡΑι ἔτι καὶ νῦν ΤΑΡΙΧΟΝ ΘΥΟΥΣΙ. *Heropythus in libro de Colophoniorum finibus, ubi narrat quo pacto Phaselis condita fuerit, tradit, Lacium, qui eo coloniam deduxit, Cylabræ paſtori, ſoli in quo urbem ædificavit, pretium dediſſe ſalſamenta, quæ ille popoſcerat. Nam cum pro fundo Lacius propoſuiſſet vel polentam vel ſalſamenta, prætulit ſalſamenta Cylabras, ideoque Phaſelitæ ſalſamentis quotannis Cylabræ etiamnum faciunt.*

Φάσηλις. ——

Ἄφελε τ῀ φασηλῶν, ὦ γυῖαι, τρεῖς χοίνικας.]

Decerptus eſt hic verſiculus ex Ariſtoph. Pac. ver. 1144. ubi ita legitur:

Ἀλλ' ἄφανε τ῀ φασήλων, ὦ γυῖαι, τρεῖς χοίνικας.

Quomodo et apud Suidam ſcribendum eſt. Cæterum hoc exemplum pertinet ad v. Φάσηλ῏.

Φαῦλον. τὸ ἁπλοῦν. ἀχερές. —— Τάτλε῏ καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ καὶ ἀκαλαφρονήτου. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνων῏. Ὅτι μὲν πίνων ἐ μετρίας τιμὰς, καὶ φαύλας λαβὼν πληγάς.] Vocem τιμὰς non agnoſcit

Digitized by Google

Demoſthenes. Quare delendam cenſet Kuſterus. Verum fallitur. Scribendum proculdubio, ὑ μετρίας TINAΣ. Quod elegans in primis eſt. Damaſcius apud Photium, p. 1037. Τῷ ὃ τροφῷ ἐκληρώσατο METPIAN TINA Ϲ ἄθυμον. Dio in Auguſto, p. 641. Ἐκεῖνοι ζυμμίξαντες τῇ Κλεοπάτρᾳ, καὶ METPIA TINA ἀναλεχθέντες. Nihil verius hac emendatione.

Φαύλως πάνυ. ἀντὶ τοῦ ἀχερῶς. Ἀριστοφάνης·

Καὶ πρῶτα μὲν λόγισαι φαύλως, μὴ ψήφοις, ἀλλ' ὑπὸ χειρός.]

"Eſt verſus Anapæſticus, ſed claudicans, "quippe qui in ſede ſecunda Iambum habet "pro Dactylo vel Anapæſto." *Kuſter.* Imo pro *Spondæo.* Ariſtoph. Veſp. ver. 654.

Καὶ ΠΡΩΤΟΝ μὲ λέγισαι φαύλως, μὴ ψήφοις, ἀλλ' ΑΠΟ χειρός.

Quomodo et apud Suidam ſcribendum eſt.

Φαίαξ. ῥήτωρ. Ἀριστοφάνης·

Σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιός τ', οὐκ ἀπέθανε.]

Senarius iſte exſtat apud Ariſtoph. Eq. ver. 1374. ubi legitur, δεξιῶς. Sed Suidæ lectio verior atque elegantior. *Phæax homo ſapiens, et ingenioſus mortem effugit.* De Phæace autem iſto, quem δεινὸν ῥήτορα vocat Scholiaſtes, confu-

Digitized by Google

consulendus doctissimus Taylorus in Lect. Lysiac. cap. 6. Corrigendus hac occasione Hesychius: Φῶ, δῆμος. Utraque vox corrupta est. Rescribo, certissima, opinor, emendatione: ΦΑΙΑΞ, δημαγωγός. Phæax enim rhetor et demagogus. Quod ex Comico liquet. Quæ vox restituenda est etiam Hesychio, v. Κρωβύλος. Οὕτω ἦ ὁ ῥήτωρ Ἡγησίππου καὶ δήμου καλεῖτο. Repono, καὶ ΔΗΜΑΓΩΓΟΣ καλεῖτο. Suidas, v. Πώγων. Οὗτος δὲ μέγαν πώγωνα ἔχων, καλεῖτο Σακεσφόρος. ἦν γὰρ ΡΗΤΩΡ ΚΑΙ ΔΗΜΑΓΩΓΟΣ.

Φαικά. ἐν Ἐπιγράμμασι·

Φαικὰ δ' αὖτ' ἀτάρσοισιν ἐπ' ἀσφαγάλοισι γελῶσαν.]

Scribendum,

Φαικάδα δ' ἀτάρσοισιν ἐπ' ἀσφαγάλοισι γελῶσαν.

Quemadmodum recte legitur apud Reisk. in Anthol. p. 47. Confer etiam cl. Kusterum supra, ad v. Θέρμερον. Est autem Φαικὰς, vox τῶν ἅπαξ λεγομένων. Nam qui eam usurpet præter nostrum epigrammatistam, equidem novi neminem. Idem autem videtur Φαικὰς et Φαικάσιον. cujus meminit Eratosthenes apud Polluc. vii. 90.

Πέλμα πολυῤῥάπτεσκεν ἐλαφρὸν ΦΑΙΚΑΣΙΟΙΟ.

Digitized by Google

Meminere et Plutarchus in Antonio, Clemens Alexandrinus, Seneca, Petronius Arbiter, alii. Eleganter deſcribit Appian. Bell. Civ. lib. v. Ὑπέδημα ἦν αὐτῷ λευκὸν Ἀττικὸν, ὃ καὶ Ἀθηναίων ἔχουσιν ἱερεῖς καὶ Ἀλεξανδρέων, ὃν καλοῦσι ΦΑΙΚΑΣΙΟΝ. Cæterum epigramma integrum, quia haud protritum eſt, et eruditiſſimorum virorum acumen fruſtra exercuit, hic emendatum adponam. Eſt autem Myrini in Statyllium quendam, qui nec vir nec fœmina ſcilicet, ſed in utriusque confinio verſabatur: quem quidem hominem poeta cum apparatu ſuo eleganti accuratiſſime depinxit. En ipſum carmen:

Τῷ μαλακῷ Παφίης, Στατύλλιον ἀνδρόγυνον, δρυῒ
Ἕλκειν εἰς ἀΐδαν ἡνίκ' ἔμελλε χρόνος.
Τὰν κόκκυ βαφθέντα καὶ ὑσγίνοιο θέρμτρα,
Καὶ τὰς ναρδολιπεῖς ἀλλοδαπὰς σκοκάμυς,
Φακάδα τ' Ὀτάρσοισιν ἐπ' ἀσφαγάλοισι γελῶσαν,
Καὶ Τ ΓΡΥΤΟΔΟΚΗΝ κοιλίδα βαμβακίδων,
Αὐλάς θ' ἡδὺ πνέουσας ἑταιρείοις ἐνὶ κώμοις,
Δῶρα Πεληπείων θῆκεν ἐπὶ προθύρων.

Ita legendum et diſtinguendum videtur iſtud epigramma, quod Myrini eſt. Dicitur autem Μυρῖνος ut Μαρῖνος. Χαρῖνος, Κυρῖνος, atque alia ejusdem notæ ſexcenta. Nonnulli hominem vocant *Myrinam* ſive *Murenam*. Sed illud verum. In primo hexametro *Statyllium* vocat μαλακῷ δρυῒ Παφίης. quod non intellexerunt interpretes. Quicquid annoſum eſt,

δρυῒ

δρυῶν appellant Græci. Artemidorus, lib. ii. cap. 25. Δρὺς δηλοῖ καὶ ΠΡΕΣΒΥΤΗΝ διὰ τὸ πολυετές. Statyllius in ſtadio Veneris ſiniſtræ inſenuit. Hinc δρυῶ μαλακὴν vocat Myrinus. In tertio pentametro MS. τρυϊοδόκην. quod nihili eſt. Nos vere emendavimus, χρυϊοδόκην. Eſt autem κοιτὶς χρυϊοδόκη *ciſta* ſive *arcula*, in qua mulieres ſupellectilem ſuam adſervabant. Quam non male χρυϊοδόκην vocat poeta. Nam Græci ejusdem mercimonia χρύτην appellant. de quo magnus Salmaſius ad Flavium Vopiſcum. Optime, et ad rem noſtram Heſychius: Γρυμαία, ἐθνὴς, καὶ αἰγεῖον, Σκευοθήκη ΕΝ Ω. Η ΓΡΥΤΗ. ἤδη δὲ καὶ τὰ λεπτὰ σκεύαρια, ἃ καὶ ΓΡΥΤΗΝ λέγομεν. Quæ vox reſtituenda Libanio in Epiſtola ad Baſilium p. 725. Οὐ παύσῃ, Βασίλειε, τὸν ἱερὸν τοῦτον τὸν Μισῶν σηκὸν μεσὸν ποιῶν Καππαδοκῶν, καὶ ταῦτα ὑποζόντων ΓΡΥΤΗΣ καὶ χίονος, καὶ τὸν ἐκεῖθεν καλῶν; Ita ſcribendum, non γρίτης. quam vocem fruſtra quæſivit Cl. Wolfius. Adluſit autem non ſine gratia Libanius ad merces illas minutas, quæ Ponto ſive Cappadocia advehi ſolebant. Perſius ver. 134.

——— *Saperdas advebe Ponto*
Caſtoreum, ſtuppas, hebenum, thus, lubrica Coa.

SCRUTA vocat Horatius. Idem *Scruta* et γρύτη. Hinc Γρυϊοπώλης. *a ſeller of ſmall wares.* Schol. ad Ariſtoph. Plut. ver. 17. ΓΡΥΤΗ, τὰ λεπτὰ σκεύη. καὶ ΓΡΥΤΟΠΩΛΗΣ, ὅπερ σὺν ἄρῃ πρὸς τοῖς παλαιοῖς, ἀλλ' ἀντὶ τούτου,

Digitized by Google

ῥωποπώλης. Deinde ſcripſimus βαμβακίδων non ταμβακίδων. in qua voce exponenda mirum quantum hallucinati ſunt viri in hac noſtra arte præſtantiſſimi. Eſt autem βάμμα, ſive βάμβα, *fucus muliebris*, ſive *tinctura*, qua homines molliuſculi et elegantiores in capillis colorandis et cute curanda uti ſolebant. Heſychius: BAMBA, τὸ χρῶμα. ἢ μύρα τι ῥύπου. BAMBA Κυζικηνόν. Κυζικηνοὶ ἀφ' τὸ Ἴωνες εἶναι ἐκμωδύνου ΕΠΙ ΜΑΛΑΚΙΑΙ. Βάμμα Σαρδιανικὸν, τὸ φοινικοῦν. διάφορα δὲ ἦν τὰ ἐν Σάρδεσι βάμματα. Etymol. Magn. Βάμμα Κυζικηνὸν, τὸν ἀκάθαρτον ἀχημοσώλων Ἀττικοὶ λέγουσι, ἀφ' τὸ τίλημα. ἐσκώπτουν δὲ ἐπὶ μαλακίᾳ. Ubi neſcit eruditiſſimus Sylburgius quid ſit τίλημα. Nec mirum. Scribendum, ἀφ' τὸ ΤΙΑΜΑ. Verbum τίλλειν in obſcœnis eſt. Hinc τίλλεται et ὡδοντίλλεται. *mulieres depilatrices*. de quibus nos ſupra, ad v. Ἔφοροι. Theocritus in Syracuſ. ver. 19.

—— γραῖαν ΑΠΟΤΙΛΜΑΤΑ πηρῶν.

Hinc facile intelligendum quid ſit βάμμα κυζικηνόν. Atque hinc BAMBAKIΔΕΣ. mulieres *tinctrices* et *depilatrices*, quæ a cute et capillis erant ſcilicet. Βάπτεται vocat Eupolis apud Pollucem. Idem Βαμβακίδες et Βαμβακύττεται, ut Φαρμακίδες et Φαρμακύττεται. Heſych. BAMBAKETTPIAI, μαγγανεύτριαι. οἱ δὲ φαρμακίστριαι. τὸ δὲ BAMBAKEIAΣ χάριν, Φαρμακείας χάριν. Ita legendum. non βαμβαχίας. Quare per κοιτίδα βαμβακίδων nihil aliud intelligendum, quam *ciſta tinctoria*, ſive *arcula*, qua mulieres iſtæ tinctrices

Digitized by Google

tinctrices pigmenta, unguenta, et reliquam ſuam ſupellectilem, quam χεύτλω Græci appellant, recondebant. Quod veriſſimum eſſe vel ex ſenſu loci ſatis manifeſtum eſt. Reliqua hujus epigrammatis per ſe clara ſunt.

Φήμη.

Φήμη τ' ἐσθλὸν κἀν μυχοῖς δείκνυσι γῆς. Εὐριπίδης φησί.] Legitur iſte ſenarius apud Æſchinem, in Orat. cont. Timarch. p. 57. ed. nov. ubi κἀν μυχῷ γῆς. Quod perinde eſt. Tangit Heſychius: Μυχοὶ, αἱ καταδύσεις, οἱ ἐνδότατοι καὶ ἀπόκρυφοι τόποι, ἔσχατα, ἢ τὰ ποιήματα. lege, Καὶ ΤΑ ΚΑΤΩ ΟΙΚΗΜΑΤΑ. *ſedes inferorum.* Quod omnino verum.

Φιλαίας (εἰ ἢ Φιλέας) Ἀνδοκίδῃ ἱεροσυλίας ἐγράψατο· ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ὢν ὁ τοῦ Θεσῦ τὸ Γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος.] "Ipſe Suidas ſcri-" pſerat Φιλέας, ut vel ex ſerie literarum pa-" tet. Quæ vero ſequuntur parentheſi incluſa, " ab alio addita ſunt." *Kuſter.* Delenda iſta parentheſis, et locus ita ſcribendus: Φιλέας. Εἰ ἢ Φιλέας Ἀνδοκίδῃ ἱεροσυλίας ἐγράψατο. Quemadmodum recte legitur apud Syneſium in Encom. Calvit. p. 83. ex quo deſumpſit Suidas. Et ſic quoque recte exhibet Edit. Mediolanenſis. Confer etiam Noſtrum ſupra, v. Ὅμοιον. Cæterum hunc hominem, non ΦΙΛΕΑΝ, ſed ΦΙΛΕΡΓΟΝ, vocat Iſocrates.

Orat.

Digitized by Google

Orat. cont. Callimachum, de quo nuperrime vir doctiſſimus ad Æſchinem, p. 633.

Φιλέψιος. ἦν ὁ φιλοπαίγμων. Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους.] *Philepſium* et Λαμπρίαν laudat Demoſthenes, Orat. cont. Timocrat. p. 413. Quin et *Philepſius* homo μυθολόγος. de quo Ariſtophanes in Pluto et Scholiaſtes ad locum. Eſt et Φιλέψιος, φιλοπαίγμων. Hinc viri nomen ſcilicet. Atque hæc vox reſtituenda Heſychio: Φιλέθιος, φιλοπαίγμων, φιλοπαίλαιστρος. Scribendum, ΦΙΛΕΨΙΟΣ, φιλοπαίγμων. Suidas: Ἔψια. τὰ ἀπὸ λόγων παίγνια. Καὶ ΦΙΛΕΨΙΟΣ ὁ φιλοπαίγμων. Auctor περὶ πνευμάτων a cl. Valckenario editus: Σημείωσαι καὶ τὸ Ἐψία, ὅ ἐστιν ἡ ἀφὸ λόγων παιδιά. ἐξ οὗ καὶ ΦΙΛΕΨΙΟΣ, ὁ φιλοπαίγμων.

Φιληδῶν. φιλῶν. ἀγαπῶν. Ἀλλὰ Κόρινθος ἔδεκτος φιλόξενος, ἢ σὺ φιληδῶν ἔτως ἀρέσκῃ ὡς κεῖθι καὶ μένειν ἔγνως.] "Locus eſt corruptus, ex quo "ſenſum qualemcumque elicui." *Kuſter.* Scribendum,

Ἀλλὰ Κόρινθος ΕΔΕΚΤΟ ——

Senſum loci optime expreſſit Kuſterus. *Sed Corinthus hoſpitum amans te ſuſcepit; qua urbe adeo delectaris, ut illic etiam manere decreveris.* Eſt autem, quod monendum, pars epigrammatis, quod legitur apud Laertium in Xenoph. Carmen ipſum ſubjiciam:

Ei

Εἰ καί σε Ξενοφῶν Κερναῦ Κέκροπός τε πολῖται
Φεύγειν καλέγνων τῷ φίλῳ χάριν Κύρῳ.
Ἀλλὰ Κόρυνθος ἔδεκτο φιλόξενος, ἢ σὺ φιλῇδες,
Οὕτως ἀρέσκῃ, κεῖθι δ' μᾶλλον ἔγνως.

Verbum autem φιλῇδες usurpat Aristophanes in Pac. ver. 1130.

Οὐ γὰρ ΦΙΛΗΔΩ μάχαις,
Ἀλλὰ πρὸς πῦρ διέλκων
Μετ' ἀνδρῶν ἑτέρων φίλων.

Quem quidem locum nemo interpretum intellexit. Neque enim quid sit διέλκειν videre potuerunt. Est autem ἕλκειν. *potare*. Antiphanes Comicus apud Athenæum, lib. xi. p. 459.

Ἕλκειν ἀμυσί ———

Epigram. Anthol. lib. vii. p. 619.

Αὐσάρδιοι, Προδίκη, συναυσώμεθα, καὶ τί ἄκερσον,
ΕΛΚΩΜΕΝ ———

Latini, *Ducere*. Horatius: *Saccos* ducere *nectaris*. Hinc ΔΙΕΛΚΕΙΝ. Idem διέλκειν et Διαπίνειν. Est autem Διαπίνειν, *sese poculis plusculum invitare. Certare mero.* Hîa enim est vis τῆς, διά. de quo præter alios nuperrime vir eruditissimus ad Herodot. lib. v. cap. 18. Plato de Republ. lib. iv. ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΥΡ ΔΙΑΠΙΝΟΝΤΑΣ καὶ ξυγχεμβώνας. Hinc jocus Aristophanis Acharn. ver. 750. ΔΙΑΠΕΙΝΑΜΕΣ

Digitized by Google

ΜΕΣ αἰεὶ ποτὶ τὸ πῦρ. Quod recte accepit Scholiastes. Ælianus apud Suid. v. Ἀπίκιος. Ἀμιλλᾶσθαι ΔΙΑΠΙΝΟΝΤΑ πρὸς τὰς νέας. *Cum adolescentibus bibendo certare.* Quare locus Comici ita interpretandus est: *Non juvat me pugnare, sed ad focum cum amicis mero certare.* Qui optimus sensus.

Φιλῆται ——— οἱ φιλοῦντες. Οἱ δὲ φιλῆται οἵ ποθε θρυλλήσως ἐναύλιον ἐρχόμενοι, νυῦ μέγα πεφρίκασι.] Vocem θρυλλήσως corruptam esse vidit Kusterus. Et nihil ultra. Nos, sententia duce, legendum conjeceramus, οἵ ποτε τελλίσως. Nihil enim jucundius aut optabilius amatori, quam ἄυλιον sive *in conspectum amatæ* venire. Nec mali harioli fuimus. Ita enim legitur in ipso epigrammate, quod integrum exhibet vir doctissimus in Miscell. Lips. Vol. ix. p. 681. et ante eum cl. Salmasius in Exercitationibus ad Solinum. p. 539. Carmen ipsum, quod venustum in primis est, et elegantiam non vulgarem spirat, hic adponendum esse duxi. Est autem Macedonii, viri in hac palæstra non sine laude versati.

Τήν ποτε βακχεύσαν ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων,
Τὴν βρυσεοκροτάλῳ σειομένην παλάμῃ
Γῆρας ἔχει ἡ νῦν ἀμείλιχος· οἱ δὲ φιλῆται
Οἵ ποτε τελλίσως ἄυλιον ἐρχόμενοι,
Νυῦ μέγα πεφρίκασι. τὸ δ' αὐχοσέλμιον ὀφρύν
Ἐξέλιπεν, σιωπᾷ δ' μηκέτι γιγνομένης.

Φιλιπ-

Φιλιππίδης. τ῀ πολιτδομῶν παρ' Αθηναίοις εἷς ἦν. ἐδόκει δ' ἰσχνὸς εἶναι τὸ σῶμα. διὸ καὶ Ἀλεξις περιλιππῶδες ἔφη, ἀντὶ τοῦ λελεπτύνθαι.] Ita ſcribunt Ælianus, Athenæus, et Euſtathius, quos inter nomen ſuum profitetur vir doctiſſimus Jacobus Perizonius ad Ælianum. Sic cæcus cæcum duxit. Verbum autem περιλιππῶδες tum metri, tum analogiæ ratio reſpuit. Quod viris doctis notatum. Locus autem Alexidis, ad quem reſpiciunt, ita certo certius reſcribendus eſt.

Α. Κακῶς ἔχεις. στρουθὸς ἀκαρὴς νὴ τ῀ Δί' εἶ.
Περιλιππίδωσαι. Β. Μή συ καινῶς μοι λάλει.
ΟΣΟΝ ΟΥ τέθνηκα. Α. Τ῀ ταλαιπώρου πάθους.

Ita ſcribendus eſt iſte locus, quem fruſtra tentarunt viri ſummi Joannes Meurſius in Atticis Lectionibus, et Iſaacus Caſaubonus ad Athenæum. Ὅσον οὐ τέθνηκα. *Pene enectus ſum.* Vulgo male legitur, Ὅσῳ μου. Nos vere emendavimus. Auctor neſcio quis apud Suidam: Ἐκεῖνον γὰρ ΟΣΟΝ ΟΥ βασιλεύειν τ῀ Ἀσίας. *Illum enim fere totius Aſiæ regnum tenere.* Feſtivum autem illud, Στρουθὸς ἀκαρὴς, νὴ Δί', εἶ. *By Jove, you are no bigger than a ſparrow.* Quin et στρουθὸς avicula ſalaciſſima eſt. Hinc jocus de homine in palæſtra Veneris καταστεστκελεωμένῳ. Quod κωμικώτατον eſt. Erudite, ut ſolet, Heſychius: Στρουθὸς, ὁ καταφερὴς καὶ λάγνος. Cæterum hujusmodi homunculos, quos περιλιππιδῶδες hic dicit Alexis, Ἀϊδοφοίτας vocat Ariſtophanes in

Gery-

Digitized by Google

Gerytade apud Athenæum, lib. xii. p. 551. verſibus elegantiſſimis quos hic emendatos ſubjiciam. Nam Caſaubonus, vir magnus, nihil hic vidit, et cl. Hemſterhuſius ad Heſychium v. Ἀϊδοφόλοι, rem intactam dimiſit:

Α. Καὶ τίς νεκρῶν κεῖθμῶνα κ᾽ ζκότε πύλας
Ἔτλη καλελθεῖν; Β. Ἕνα γ᾽ ἀφ᾽ ἑκάστης τ᾽ τέχνης.
Εἰλέμεθα κοινῇ ϑμομβώης ἐκκλησίας,
ΟΥ ΣΩΜΑΤ᾽ ΟΝΤΑΣ, ἀϊδοφοῖτας ——

Ita ſcribendi ſunt iſti verſiculi. Vulgo nullo vel metro vel ſenſu legitur, Οὐ ζημαίνοντας. Eleganter autem poeta homines macilentos, ἀ σώματ᾽ ὄντας, *formas et nihil præterea*, vocat. Haud aliter homo λεπτόταλος apud Nicarchum in epigrammate:

Σωσίπατρος δ᾽ ἐβόησεν, ἐμὲ ςεφανώσατ᾽· ἐγὼ γὰ
Εἰ βλέπομ᾽ ἤτ᾽ημαι· ΠΝΕΥΜΑ ΓΑΡ ΕΙΜΙ ΜΟΝΟΝ.

Φίλιπ@, Κερκυραῖ@, Φιλώτου ὑὸς, τραγικὸς, κ᾽ ἱερεὺς τ᾽ Διονύσου, ὅθ᾽ τ᾽ Φιλαδέλφου Πτολεμαίε γενομένε· κ᾽ ἀπ᾽ αὐτ᾽ Φιλίσκιον μέτρον προσηγορεύθη, ἐπεὶπερ αὐτ᾽ ἐνεδειψιλεύετο.] "Hic Φίλιπ@ ap- "pellatur ab Hephæſtione in Euchirid. p. "30. ubi ait: Φίλιπ@ ἦ ὁ Κερκυραῖ@, ἐφ᾽ ὧν τ᾽ "Πλειάδ@, ἐξαμέτρῳ σωνέθηκεν ὅλον ποίημα. Et "pag. ſeq. Τοῦτο ἦ κ᾽ ἀλαζονεύε) εὑρηκέναι Φίλι- "π@ λέγων·

Καινογραφῆς σωνθέσεως τ᾽ Φιλίκου, γραμματικοὶ,
δῶρα φέρω προὺς ὑμᾶς.

"En

" En ipse poeta se Philicum vocat, secunda " brevi:" quod merito movit magnum Vossi- " um, ut in libello de Poetis Græcis verum " Tragici hujus nomen Φίλικος fuisse contra " Suidam pronuntiaret." *Kuster.* Fallitur uterque, tum Vossius, tum Kusterus. Quid, quod eadem quoque chorda oberravit doctissimus Salmasius ad Simmiam Rhodium? Nimirum, syllaba secunda τῦ Φιλίσκος, quod viros doctissimos fugit, nunc longa, nunc brevis est. de quo nos supra nonnulla adnotavimus. Eupolis ἐν Δήμοις apud Suid. v. Νεανισκεύεται.

Αὕτη νεανισκεύονθ' ἑπεθύμησέ μου.

Quare auctor sum, ut PHILISCO nomen suum restituatur, et versus iste, qui choriambicus est, ita tandem rescribatur:

Καινογραφῆς σωθέσεως τ' Φιλίσκε, χραμματικοὶ,
δῶρα φέρω πρὸς ὑμᾶς.

Quod omnino verum est. Cum Suida nostro faciunt libri nonnulli et Scholiastes ad locum p. 93. cujus verba hic adscribam. Ἐπὶ τ χρόνων Πτολεμαίε τῦ φιλαδέλφε ἐπὶ ἄεμσι γέγονασι τραγικοὶ, ὃς Πλειάδας ἐκάλεσαν, ἀφ' τὸ λαμπρὸς εἶναι ἐν τῇ τραγικῇ, ὥσπερ ἄστρα τὰ ἐν τῇ Πλειάδι. εἰσὶ δ' ἕτοι Ὁμηρος, ἐκ ὁ ποιητὴς, ἀλλὰ υἱὸς Μυρῦς τ' Βυζαντίας ποιητρίδος, καὶ Σωσίθεος, καὶ Λυκόφρων, καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ Αἰσυλιάδης, καὶ Σωσιφάνης, καὶ ΦΙΛΙΣΚΟΣ.

Digitized by Google

Φιλοψυχήσαντα. Ἀντίγονον ἀγόμενον δέσμιον Ἀντιωνίῳ, φιλοψυχήσαντα μέχρις ἐσχάτου διὰ ψυχρᾶς ἐλπίδος, ἄξιος τῆς ἡγεμονίας πέλεκυς διαδέχεται.] Scribendum, ἄξιος ΤΗΣ ΑΓΕΝΝΕΙΑΣ πέλεκυς ἐκδέχεται. Quemadmodum recte legitur apud Josephum Bell. Jud. lib. i. p. 99. unde hoc fragmentum deprompsit Suidas. Scriptor ἀνώνυμος apud Nostrum supra v. Ἱμείρω. Τὸ ἱμείρειν καὶ βίᾳ καὶ φιλάζωεῖν τὸ μεγίστης ΑΓΕΝΝΕΙΑΣ ἐστὶ σημεῖον ἐκ κακίας. Quem quidem locum Polybio adjudicandum esse censeo, qui ita loquitur in Excerptis Valesii, p. 1447. Οὐ γὰρ ἔλαττόν ἐστιν ΑΓΕΝΝΕΙΑΣ ΣΗΜΕΙΟΝ, τὸ μηδὲν αὐτῷ συνειδότα μοχθηρὸν προεξάγειν· ἐκ δὲ ζῆν αὐτὸν, καὶ τὸ καθῆκον ΦΙΛΟΖΩΕΙΝ. *Neque enim pusilli animi levius argumentum est, sibi ipsi mortem consciscere nullius conscium culpæ, quàm vitæ desiderio plus quam par sit teneri.*

Φθῆναι. προλαβεῖν. Ἰώσηπος· Δυσφορῶν ὁ βασιλέως ἐπὶ τῷ φθῆναι τὸ μισθὸν δεδωκέναι τοῖς Ἰσραηλίταις, παρήνει ποιεῖν ὁ Προφήτης ὅτι τῷ Θεῷ δοκεῖ.] Hæc verba leguntur apud Josephum Antiq. Jud. lib. ix. p. 495. Recte autem Suidas, φθῆναι, προλαβεῖν. Utramque vocem conjungit Heliodorus lib. i. p. 28. Ἣ δὴ βαρυμενιῶσαν ἐρῶσα, ἔγνω ΠΡΟΛΑΒΕΙΝ ΚΑΙ ΦΘΗΝΑΙ. Eleganter Alciphro lib. ii. p. 216. Ἐξ ἐκείνης δὲ χρόνης πάντα μοι ταγαθὰ πέμπων ἀ διαλέλοιπεν· ἐσθῆτα, χρυσεῖα, θεραπαίνας, θεράποντας, Ἰνδὰς, Ἰνδάς.

Digitized by Google

δάς. τἄλλα σιωπῶ. ΜΗΛΑ ΤΑ ΜΕΛΙΧΡΟΤΑΤΑ ΠΡΟΛΑΜΒΑΝΕΙ τὰς ὥρας, ἵνα μηδεὶς ΦΘΑΣΗΙ με γλυσάμφω. Ita legendus et distinguendus iste locus, qui vulgo iniquinatissimus est. Intelligendus autem Alciphro de *pomis dulcissimis* et ὡραιοτάτοις. *the best and earliest of fruit.* Τὰ πρωτοφορήματα vocat Longus. Interpres non intellexit. Respexit autem Scriptor ad illud Horatii II. Sat. v.

——— DULCIA POMA,
Et quoscunque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem gustet *venerabilior Lare dives.*

Φθόη. φθίσις. ἡ ὄνομα πάθους ἐξ αἵματος ἀναγωγῆς.] Idem φθόη et φθίσις. hæc recentior, illa vox antiquior. Harpocratio in v. Τὴν νῦν φθίσιν λεγομένην, φθόην ἔλεγον. Diodorus Siculus φθινάδα νόσον vocat. Cæterum hæc glossa legitur etiam apud Timæum in Lex. Platonico. Respexit autem, ut videtur, uterque ad Polybium lib. ii. p. 215. Τῇ δὲ παρακλήσει καὶ παραιτήσει τῇ κατ' αὐτὸν κινδύνου ἐνθύμως χρησάμενος, ΕΙΣ ΑΙΜΑΤΟΣ ΑΝΑΓΩΓΗΝ, καί τινα τοιαύτην διάθεσιν ἐμπεσών, μετ' ὀλίγου νόσῳ τὸν βίον μετήλλαξε. *Sed quia in adhortando milite, et clamoribus inter dimicandum editis vehementiore voce contenderat,* sanguinem rejicere cœpit, *contractoque ea ex re languore quodam, non ita multo post morbo est extinctus.*

Digitized by Google

Φορὰς, φοραίθ. ἡ ἵππ. θ.] Hanc vocem corruptam esse putat Kusterus, et legendum, φοβάς. Sed fallitur vir doctissimus. Utraque vox proba est. Hesych. φοραίδες, αἱ θήλειαι ἵπποι. Artemidor. lib. iv. p. 233. Καὶ ἵπποι ΦΟΡΒΑΔΕΣ ΚΑΙ ΦΟΡΑΔΕΣ.

Φορηλός. βασανιστής. Τὰς δὲ πρισυλῶν ἢ δημοσίων, φορητὸς ὀδαμῶς ἐδαμῇ ἦν.] Hic locus auctior legitur supra v. Πυθαγόρας Ἐφέσιος. Est autem Æliani, cujus fragmenta passim laudat noster Lexicographus. Quod ex stilo manifestum est.

Φορμηδόν. Θουκυδίδης· Ξύλα τέμνοντες ὡς κιβωτῶν θ., παρῳκοδόμων ἑκατέρωθεν φορμηδόν, αὐτὸ τοῖχον τιθέντες, ὅπως μὴ ἀμαχεὶ εἴη τὸ χωρίον. Καὶ αὖθις· Καὶ τὰς νεκρὰς οἱ Κερκυραῖοι φορμηδὸν ἐπὶ ἁμάξας ἐπιβαλόντες ἀπήγαγον ἔξω τῆς πόλεως.] De verbis φορμὸς et φορμηδὸν consulendi Græci magistri ad Thucydidem, qui rem pro modulo suo explicabant. Sed omnes fallunt et falluntur. Nimirum quicquid ex tegete fit, φορμὸν vocant Græci. Hinc nunc pro *corbe*, nunc pro *funiculo* vox usurpatur. Quo sensu occurrit apud Aristoph. Thesmoph. v. 1016.

Περ' ἐγὼ ξυνίστι ΠΟΡΜΟΣ, ἵνα φυλάξω σου.

Age afferam restem, ut vinciam te.

Ita

Ita interpretandus est iste versiculus, qui barbarus et Scythicus est. quod ex sensu loci patet. Ut Andromeda ad rupem, sic Mnesilocus ad columnam alligatus. Sed hæc non intellexerunt viri docti. Atque hinc explicandus Laertius in Speusippo. Καὶ πρῶτόν φησιν εὑρεῖν τὰ ΦΟΡΜΙΑ τῶν φρυγάνων εἰσὶ καὶ ποιῆσιν. Quem locum parum perspectum habuerunt viri eruditissimi. Τὰ φορμία τῶν φρυγάνων sunt, *fasciculi lignorum in usum foci. Fagots.* Hinc Protagoras φορμοφόρος sive ξυλοφόρος dictus. Laertius in Protagora. Καὶ πρῶτόν τὴν καλυμμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὑρεν, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ παιδείας. ΦΟΡΜΟΦΟΡΟΣ γὰρ ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός που φησί. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤρθη πρὸς Δημόκριτον, ξύλα δεδωκὼς ὀφθείς. Quæ nemo interpretum intellexit. Græca non uno loco corrupta sunt, atque ita refingenda: Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤρθη πρὸς Δημοκρίτου, ξύλα ΣΥΝΔΕΔΕΚΩΣ ὀφθείς. *Atque ita a Democrito evectus est, ob perspectam in lignis componendis et colligandis solertiam.* Suidas: Ἤρθη, ηὐξήθη. Nimirum Protagoras ex bajulo philosophus factus est. Hæc mens Laertii est. Rem omnem narrat Gellius V. 3. et deinde Athenæus lib. viii. p. 354. cujus verba adponam. Ἐν ᾗ τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ ὁ Ἐπίκουρος καὶ Πρωταγόραν φησὶ τὸν σοφιστὴν ἐκ ΦΟΡΜΟΦΟΡΟΥ καὶ ξυλοφόρου πρῶτον μὲν γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου, θαυμασθέντα ἢ ὑπ' ἐκείνου ἐπὶ ξύλων τινῶν ἰδίᾳ σωθέντα, ἀπὸ ταύτης τε δεχῆς ἀναληφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. *In eadem epistola Epicurus scribit, Protagoram sophistam ex bajulo amanuensem*

Digitized by Google

enſem primùm fuiſſe Democriti, cum ejus ſolertiam in poſitura junctura que lignorum admiratus eſt philoſophus, hisque initiis in ejus familiaritatem admiſſum. Quem locum minus recte accepit magnus Caſaubonus. Atque hinc videas quænam ſint εὔογκα φορμία apud Laertium in Speuſippo. de quibus ſupra. Interpretes de *vaſculis majuſculis* intelligunt. in quo falſi et futiles ſunt. Εὔογκα φορμία ſunt *faſciculi ita conſtructi et conſtricti, ut haud incommode portari queant.* Recte Suidas: Εὔοδμον, εὐβάστακτον. Nos Angli, *well bound. well put together.* Quod ΦΟΡΜΗΔΟΝ vocant Græci. Quæ vox uſurpatur de iis, quæ vel *colligantur* vel *coacervantur.* Quo ſenſu accipiendus Thucydides, et qui Thucydidem imitatur Procopius in Gothicis lib. iv. p. 357. Οἱ ξ συχνοὶ ἐς ταὐτὸ σωιόντες πρὸς ἀλλήλων ξωνεφοδίζοντο. ἔκασεν ἄν τις ΦΟΡΜΗΔΟΝ αὐτῆς τὰ τῶν πλοίων ἐφόδια ξυλλεγόντα. Eleganter Philo Judæus in Flacco, p. 530. Παντευχίαι ΣΩΡΗΔΟΝ προεκομίζοντο —— σωδεδεμένων δορκάδων ΦΟΡΜΗΔΟΝ —— ἁρμαμάξας μεσὰς πανοπλιῶν ΣΤΟΙΧΗΔΟΝ. Quo referendus videtur Apuleius Met. iv. p. 146. *Eſtur ac potatur incondite; pulmentis* ACERVATIM, *panibus* AGGERATIM, *poculis* AGMINATIM *ingeſtis.* Quæ plane gemella ſunt. Notandum autem illud Philonis, σωδεδεμένων δορκάδων φορμηδὸν. *bound in bundles.* Atque hinc quodammodo intelligendus Demoſthenes apud Æſchinem cont. Cteſiph. p. 429. edit. nup. quem interpretes ſuſque deque habuerunt. Ὑποτέτμηϰε τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων,

των, ΦΟΡΜΟΡΡΑΦΟΥΜΕΘΑ δηὶ τὰ σενὰ, τινὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρυσι. Est locus insignis, quem laudavit, sed corruptum itidem laudavit Dionysius Halicar. in libello Περὶ Δημοσθένους δεινότητος. p. 320. ubi non male legitur, τὰ νεῦρα τῦ δήμου. Sed recte illud et solenniter, τὰ νεῦρα τ̃ πραγμάτων. *the sinews of war*, Laertius in Bion. Τὸν πλοῦτον ἔλεγεν εἶναι ΝΕΥΡΑ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ. Plutarch. in Cleomene. Ἀλλ' ὁ πρῶτος τὰ χρήματα ΝΕΥΡΑ ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ προσειπών, εἰς τὰ τ̃ πολέμυ τὰ μάλιστα βλέψας τοῦτο εἰπεῖν ἔοικε. Est autem φορμορραφεῖν, φορμοῖς sive φορμηδὸν *constringere*, ut Νευρορραφεῖν νεύροις *constringere*. Quo verbo utitur Dionysius Alexandrinus apud Euseb. Præp. lib. xiv. p. 779. Σωτηδέθη νευρορραφημένη. *Nervis colligata est.* Atque hoc omnino verum. Hesychius paulo aliter accepit. Sed nobis nostra unice placent. Quæ sequuntur apud Æschinem conclamata sunt. Nos veram lectionem extra omnem controversiam restituimus: Τωὶς ΤΩΝ ΓΛΩΤΤΩΝ ὥσπερ τὰς βελόνας διείρυσι. Quibus indicat Rhetor, omnia sibi impedita esse, et in angustias coacta, poplites succisos, manus constrictas, linguæ denique usum et potestatem præreptam. Ad hunc morem respexit Fulvia apud Dion. Cass. lib. 47. p. 496. Ἡ δὲ Φουλβία ἔς τε τὰς χεῖρας αὐτὴν, πρὶν ἀποκομισθῆναι, ἐδέξατο, καὶ ἐμπικραναμένη οἱ καὶ ἐμπύσασα, δηί τε τὰ γόνατα ἐπέθηκε, καὶ τὸ στόμα αὐτῆς διοίξασα, ΤΗΝ ΤΕ ΓΛΩΣΣΑΝ ἐξείλκυσε, ϛ ΤΑΙΣ ΒΕΛΟΝΑΙΣ, αἷς ἐς τ̃ κεφαλὴν ἐχρῆ-

π, KATEKENTHΣE. Hieronymus adverſus Rufinum: *Fecerunt hoc et Fulvia in Ciceronem, et Herodias in Joannem, quia veritatem non poterant audire, et* LINGUAM *veriloquam* ACU *diſcriminali confodiebant.*

Φόρμιγξ. κιθάρα. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἁ φόρμιγξ, τά τε τόξα, καὶ αἰ κύλα δίκλυα φοίβῳ.]

Hexameter iſte eſt pars epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. vi. p. 569.

Φορβία. τὰ ἀγώγιμα. Καὶ τοίνυν ἅπαντα ὅσα ἐπιφέροντο φορβία ἀραίμενοι, ἔθεσαν ἐν μέσῳ. εἶτα τοῖς τῶν λιβάνων κλάδοις πῦρ ἀνάψαντες, τῇ Σκυθικῇ φωνῇ βάρβαρα ἄττα ῥήματα ὑπεψιθύριζον.] Hoc fragmentum depromptum eſt ex Menandro, non Comico quidem eo, ſed hiſtorico. id quod conſtat ex Excerptis Hoeſchelii p. 127. ubi ita legitur: Καὶ τοίνυν ἅπαντα ὅσα ἄττα ῥήματα ὑπεψιθύριζον. Egregie vero locum ſupplet et complanat Suidas, abſque cujus ope et ſubſidio perpetuo caligàremus. Quod futuris editoribus notandum. Cæterum nonnulla hujus fragmenti laudantur etiam ſupra v. Ὑπεψιθυρίζειν.

Φώρια. λαθραῖα. —— Ε ἐν Ἐπιγράμματι·

Φώρια δ' ἀμφαδίων λείρια μειλιχρότερα.]

Penta-

Digitized by Google

Pentameter iſte eſt pars epigrammatis, quod legitur apud Reiſkium in Miſcell. Lipſ. Vol. ix. p. 474.

Φρίκη. τρόμος, ἁλμός. Καὶ πλημθὲν οἱ τὸ μέγα πλήμμα, Φρίκη τις αὐτὸν ὠθιέρχεθ', ἢ νοσεῖ νόσῳ μακροτάτῃ.] Scribendum, Φρίκη. τρόμος. ΠΑΛΜΟΣ. Suidas ſupra: Πάλμος. τρόμος. Quod ſequitur fragmentum Æliani eſt. De quo nos ſupra ad v. Τηκεδόνι.

Φερμαστομένη. χρεμετίζουσα. ἀγριαινομένη. ἢ ἀτάκτως πηδῶσα. Ἡ ἵππος ὁπιθόρμητα φερμαστομένη ἐχώρει καὶ ἀδυάτα ἔχειν εἰς τὰ ἄδενδρα διϐῆναι.] Interpres ita vertit: *Equa vero hinniens retrocedebat, et loca arboribus vacua ingredi non poterat.* Sic vara vibiam, quod aiunt. Græca corrupta ſunt, atque ita ſcribenda: Καὶ ἀδυάτα ἔχειν ΕΣ ΤΑ ΚΑΤΑΔΕΝΔΡΑ διϐῆναι. *Equi vero ægre ferentes retrocedebant, et loca ſylvoſa ingredi non poterant.* Quæ veriſſima lectio. Erit fortaſſe qui emendet, nam emendaturientium omnia plena, εἰς τὰ εὔδενδρα. Sed aliud eſt εὔδενδρος, aliud καταδένδρος. Quæ vox huic loco apprime convenit. Diodorus Siculus lib. ii. Τὴν ὁδοιπορίαν ποιουμένων διὰ ΤΟΠΩΝ ΚΑΤΑΔΕΝΔΡΩΝ καὶ τραχέων. *Cum iter per ſilvas et aſpreta facerent.* Atque hinc corrigendus videtur Longus Paſtor. lib. i. p. 3. Δρυμὸς ἦν καὶ λόχμη κάτω βάτων, καὶ κιττὸς ἀμπλανώμενος, καὶ πόα μαλθακὴ, καθ' ἧς ἔκειτο τὸ παιδίον.

Digitized by Google

Ubi neminem non offendit illud κάτω. Scribendum proculdubio: Δρυμὸς ἦν ἡ λόχμη ΚΑΤΑΒΑΤΟΣ. Quæ vox nova et elegantissima. Est autem λόχμη κατάβατος, *locus dumis et spinis obsitus*. Ejusdem formæ κατάβατος et κατάδενδρος, κατάκιονος, et si quæ alia. Verbum autem φεμμάσσειν, ut ad Suidam revertar, usurpat Longus Pastor. lib. i. p. 14. Καὶ ἀλγήσας ὁ τράγος, ΦΡΙΜΑΞΑΜΕΝΟΣ εἰς φυγὴν ἐτράπετο. Qui locus notandus. Præclare Hesychius: φεμμάσσει, σκιρτᾷ, ἐπεγείρει, φρυάττει, βεμμαίνει. Ita scribendus iste locus, qui vulgo corruptissimus est.

Φρυὸς ἀνὴρ πλαγεὶς ἀμείνων ἢ Δημενέστερος.] Φρυὸς ἀνὴρ nunc pro *homine barbaro* et nullius pretii, nunc pro *lictore* sive *ministro publico* usurpatur. Quo sensu accipiendus Sophro apud Schol. ad Aristoph. Av. ver. 1223.

Ἢ ΠΑΙΣΕΙ βάκ]ρῳ καλίνῳ σκύταλα φρυὸς ἀνήρ.

Vel caput tibi lictor fuste commitigabit.

Ita scribendus et interpretandus est iste locus, quem minus intellexerunt viri eruditissimi. Cæterum trochaicus iste, quem laudat Suidas, Epicharmi est, vel hominis alicujus, qui Δωρίζειν noverat. Nam πλαγεὶς Dorum est. Quæ vox restituenda hic obiter Lysiæ in Orat. de Cæd. Eratosth. p. 15. Ὅσις ἐν τῷ δωματίῳ ποδηγὸς κατέπεσεν εὐθύς. Illud ποδηγὸς vox nihili est. Emendant alii παταγεὶς, alii πρηνής. Nec hoc,

hoc, nec illud verum. MS. Coiſl. προδηγείς. Quod vero proximum eſt. Reſcribendum omnino: ΠΛΗΓΕΙΣ κατέπεσεν. Quod et Cl. Valkenario ad Herodotum ſuboluiſſe, video. Lyſias, p. 92. Καὶ μὴν εἰδείς γε ὑμῶν ἀγνοεῖ ὅτι θᾶττον ἂν ἐγχειρίδιῳ ΠΛΗΓΕΙΣ ἀπέθανεν, ἢ πυῤῥ πταίομενος. Plutarch. de Orac. defect. p. 412. Καὶ λίθῳ ΠΛΗΓΕΙΣ ΕΠΕΣΣΕΝ.

Φυταλίζει. φυτεύει. πλησιάζει.] "Eſt verbum "πλησιάζει interpretatio ſuſpecta: quamvis "ſic etiam habeat Etymologus." *Kuſter.* Verbum φυταλίζειν ſive φυτεύειν tum de *plantis*, tum de *animalibus* dicitur. Quod πλησιάζειν interpretantur Grammatici. Honeſtiori vocabulo uti non potuit Suidas. Dicitur autem πλησιάζειν et πλησιασμὸς nunc de *viro*, nunc de *muliere*. Plutarch. de Educat. Ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πηνελόπῃ ΠΛΗΣΙΑΖΕΙΝ μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις. Feſtive Heſychius v. Θηλυτεράων. Μόναι αἱ γυναῖκες ἔγκυαι ἔσαι ΠΛΗΣΙΑΖΟΥΣΙΝ ἀνδράσιν, τ' ἢ ἄλλων ζώων ἐδέν. Quæ petita ſunt ex Schol. ad Homer. Il. Θ. 520. Demoſthenes in Orat. cont. Neær. p. 569. ed. novæ. Ὡς ἦ Νέαιρα αὕτη Νικαρέτης ἦν, ἣ εἰργάζετο τῷ σώματι, μισθαρνοῦσα τοῖς βουλομένοις αὐτῇ ΠΛΗΣΙΑΖΕΙΝ, τοῦθ' ὑμῖν βούλομαι πάλιν ΕΠΕΞΕΛΘΕΙΝ. *Neæram autem fuiſſe Nicaretæ, et corpore feciſſe quæſtum, omnibus, qui cum ea congredi vellent, morigeram, hoc vobis iterum enarrabo.* Ita ſcribendus et vertendus eſte locus

cus. Ἐπεξελθεῖν est *perourrere, enarrare.* Vulgo inepte legitur, πάλιν ἐπανελθεῖν. Atque hac occasione vindicandus Demosthenes, cont. Neær. p. 571. Ubi de ista muliercula denuo agit. Συνῳκεῖτο δ' ἡ Νέαιρα αὕτη. ἐργαζομένη μὲν ἤδη τῷ σώματι, ΝΕΩΤΕΡΑ δ' ὅσα, καὶ τὸ μηδέπω τὴν ἡλικίαν αὐτῆς παρεῖναι. Quem locum minus perspectum habuit, ut alios taceam, doctissimus Jurinus. Græca ita vertenda sunt. *Comitabatur eas etiam Neæra, jam quidem vulgato corpore,* sed non ita diu, *quia ætate nondum integra erat.* Νεωτέρα ὅσα. NEWLY *set up.* Ista est vis τοῦ νέου. Quod viros doctissimos fefellit. Cæterum, dum in hoc negotio versamur, libet locum Plauti, qui sane jucundissimus, et hujus argumenti est, ὡς ἐν παροίδῳ expedire. Nam profecto homines critici, qui hæc ludicra tractarunt, hic parum viderunt. Est autem in Milite Glorioso, Act. iii. Sc. 1.

A. *Nam mihi, Deum virtute dicam, propter divitias meas*
Licuit uxorem dotatam, genere summo, ducere:
Sed nolo mihi oblatricem in ædes intromittere.
B. *Cur non vis? nam procreare liberos lepidum est onus.*
A. *Hercle vero, liberum esse, id multo est lepidius.*

De

De lepido isto onere, in quo re vera nullus inest lepor, frustra disputat doctissimus Gronovius. Rescribendum omnino:

——— *Procreare liberos lepidum est* OPUS.

i. e. Procreandis liberis operam dare lepidum est. Quomodo locutus est Cicero de Offic. I. 35. *Liberis dare operam*, re honestum est, nomine obscœnum. Ovid. Amor. iii. 14.

Indue cum tunicis metuentem crimina vultum,
Et pudor OBSCUENUM *dissimulatur* OPUS.

Hinc non ineleganter Lactantius Divin. Instit. i. 8. *Quid autem est tam remotum a Deo, quam* ID OPUS *quod ipse* AD PROPAGANDAM SOBOLEM *mortalibus tribuit?*

Φύση, μάζα.

Φύση ἐνὶ χρώνῃ μαστομδῇ παλάμαις.]

Pentameter iste est pars epigrammatis, quod legitur apud Jensium Epigram. Græc. p. 341. Idem exhibent Reiskius et Heringa. En tibi integrum Epigramma:

Μὴ φθείρευ ΩΝΘΡΩΠΕ πλειπλάνιον βίον ἕλκων,
Ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθονὶ ἀλινδόμδῳ.
Μὴ φθείρευ ΚΕΝΗ ΕΙ σε πλεισέψαιτο καλιὴ,
Εἰ θάλπῃ μικκὸν πῦρ ἀνακαιόμδυον.
Εἰ καί σοι λιτή τε καὶ ἐκ εὐάλφιτος ἔιη
ΦΥΣΤΗ ἐνὶ χρώνῃ μαστομδῇ παλάμαις.

Εἰ

Εἰ καί σοι γλήχων, ἢ κῆ θύμον, ἢ κῆ ὁ πικρὸς
Ἡδυμιγὴς εἴη χόνδρος ἐπαφίδιος.

Ita ſcribendum iſtud carmen, quod Leonidæ eſt. Eſt autem φύση, mazæ genus. de quo Ariſtophanes, Julius Pollux, Etymologus. Heſych. φύση. μάζα ἄτεμπτος. Athenæus lib. iii. p. 114. Παρ' Ἀθηναίοις μὲ ΦΥΣΤΗΝ τὴ μὴ ἄλαν τετριμμένην. Harmodius Lepreates de Phigalenſium Inſtitutis apud Athenæum lib. iv. p. 149. Τὸ γὰ δεῖπνον ἦν τοιοῦτον, τυρὸς κὴ ΦΥΣΤΗ ΜΑΖΑ νόμιμα χάριν ἀπὸ χαλκῶν πεντῶν τῶν ἀγορά τισι καλουμένων μαζονόμων, ἀπὸ τῆς χρείας εἰληφότων τὴν ἐπωνυμίαν. Ubi notanda gloſſa manifeſta, Φύση μάζα. quæ vox poſtrema delenda. Notandum etiam illud Harmodii, νόμιμα χάριν. Quæ ſolennis locutio eſt. Schol. ad Sophocl. Antiq. 261. Οὐ καλὰ βάθος ἦν τεθαμμένος, ἀλλ' ὡς ἔχει, ἀπιεβλημένη ἦν ἡ ἄμμος. τέτε γὰ ἐποίησεν ὁ θάψας ΝΟΜΟΥ ΧΑΡΙΝ.

X.

Digitized by Google

X.

ΧΑΛΕΠΩΤΑΤΟΥΣ λόγους. κλέψαι δυναμένους.] Emendat Cl. Kusterus, βλάψαι δυναμένους. Sed hoc hariolari est scilicet. Rescribendum omnino, ΧΑΛΕΨΑΙ δυναμένους, Respexit autem Suidas ad Aristoph. Av. ver. 539.

Πολὺ δὴ, πολὺ δὴ χαλεπώτατους λόγους
Ἤνεγκας ——

Ubi Schol. Λυπηρούς, ΧΑΛΕΨΑΙ δυναμένους. Restituendum hoc verbum Nicandro in Semiambis apud Schol. ad Theriac. ver. 377.

Φύγωμεν, ἐκ προσώπου
Μή σ' ἐμπεσὼν ὁ πρέσβυς
Οὐλῇ καθ' εὐθὺ κρατὸς
Βατηρίῃ ΧΑΛΕΨΗι.

Fugiamus abhinc longe, ne senex caput tibi baculo commitiget. Ita scribendus et vertendus iste locus, qui non uno loco corruptus est. Vulgo legitur, Καλύψῃ. Sed verbum χαλέπτειν in hoc negotio significantissimum est. Homer. Odyss. Δ. 423.

—— Θεῶν ὅστις ΣΕ ΧΑΛΕΠΤΕΙ.

Ubi Schol. χαλέπτει. βλάπτει.

Χαλικρηβῶν. —— ἐν Ἐπιγράμματι·
Χεῖτο χαλικρήτῳ ναύματι βεβροχυῖα.]

Penta-

Pentameter hic est pars epigrammatis quod integrum exstat apud Reiskium in Miscell. Lipsi. Vol. ix. p. 692. Cæterum nonnulla hujus carminis leguntur apud Nostrum v. Ἄεχρω. Λάκην. Ἀπλοΐς. ad quem locum vide quæ adnotavimus.

Καλκιδεύς.

Πιερικὰν Ζάλπιγγα, τ' εὐαγέων βαρυύμνων
Χαλκιδέων κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις.]

Distichon hoc est pars Epigrammatis, quod legitur in Anthol. lib. iii. p. 393. ut recte monuit Kusterus. Sed illud βαρυύμνων hic ferri nequit. Repugnat enim Græcæ linguæ genius, quod miror viros doctissimos non animadvertisse. Scribendum sine dubio:

—— τ' εὐαγέων ΒΑΡΤΝ ὕμνων
Χαλκιδέων. ——

Quomodo recte legitur apud Suidam supra v. Εὐαγής. Cæterum hæc minus recte accepit interpres, qui ita vertit: *Sanctorum hymnorum fabrum.* Οἱ εὐαγεῖς ὕμνοι sunt *hymni bene tornati*, Horatius.

Et male tornatos incudi reddere versus.

Metaphora a re fabrili. Accedit Suidas: Εὐαγής. περιγμένος. Εὐπαλάμους ὕμνους vocat Aristophanes in Equit. 527.

Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων. ——

Dicitur

Dicitur autem Ἐναγὴς et Ἐναγήλιος. ut Περιηγὴς sive Περιαγὴς et Περιάγηλος, de quo viri docti ad Hesychium et Pollucem. Atque hinc vindicandus Aristophanes Nub. 276. loco vexatissimo, sed minus intellecto.

Ἀέναοι Νεφέλαι
Ἀρθῶμδι φανεραὶ,
Δροσερὰν φύσιν ΕΥΑΓΗΤΟΝ.

